Sed nunquid hi qui sequũtur tenẽtur in solidum. Distĩgue utrum scirent predã cõmitti debere uel ignorarẽt tamẽ timẽtes a preda nõ abstinuerũt: imo alios adiuuerũt & tales ẽt hi qui cõsilio uel auxilio uel adulatione uel detractione seu causa simili ĩduxerũt tirãnũ ad pdam faciendam uel guerrã mouẽdã iniuste tenẽtur ĩ solidum si propter hoc sciunt uel credunt quod tirãnus ad hoc sit inductus alias facturus uel non facturus tãtũ quo ad id quod plus fecisse creditur ex tali instigatõne ar. 71

de homicidio.c.sicut dignũ.i7.q.4.omnes & q.2.uotũ.83.di.c.error &.c.facientis.Si uero sciunt ł credũt ꝙ ꝓpter hoc adhuc nõ fuerit motus nõ ꝓpter talia plus uł minus fecit:tunc nõ tenẽtur nisi ĩq̃tũ ad eos peruenerit uł de his expenderũt & ĩq̃tum dãnũ dederũt p se uel familiam suã directe uel occasionalit. ad hec de sen. & re iudi.c. cũ.i.& extra de eta.& quali.c.tuam.ii.q.3.quoniã multos.ff.si certuʒ petatur.l.si & me & ticiũ de ĩiuriis.c.fi.Hec Hostiẽ.

72 ¶ Quid si neuter raptoꝝ dñs erat nec unꝰ magis aĩauit aliũ q̃ aliꝰ ipʒ sed simul cõuenerũt de faciendo tali insultu ł tali rapina ꝯmittẽda Rñdit idẽ ubi supra ꝙ quilibet tenetur ĩ solidũ.

73 ¶ Sed nũquid oẽs qui sequũtur ẽt si unꝰ solꝰ potuisset p se hoc facere tenentur insolidũ.Rñdit idẽ ꝙ sicut ꝓbatur apte.ff. ad.l.acquile.l.si ita uulneratus.§.fi.&.ff.arboꝝ furtum Cesar.l.si plures.ff.de furtis.l. uulgaris &.ff.si qs testamẽto liber eẽ iussꝰ fuerit.l.i. Alii.tñ q dicũt qđ sufficit ꝙ quilibet pro parte sua satisfaciat sed primũ non soluʒ tutius ẽ:sed uerius.

74 ¶ Sed pone ꝙ guerra fuit inter duos milites uł principes & hinc inde multa dãna data sunt:& postea facta ẽ pax inter ipos & damna hic inde data remissa sunt nũquid hec remisso extẽditur ad hoĩes utriusq;.Rñdit Hosti.in summa in ti.de peni.ꝙ nõ uidetur nisi esset de cõsensu eorũdẽ sic facta.ar.C. de transac.l.i.&.l.transactõnis placitũ &.l.pñs &.l.ubi pactum de maio.& obe.c.fi.ff.de transac.l.3.&.l.qui cum tutoribus &.l.nulli.ff.de pactis.l.unus.§. pacta & in summa &.l. si cũ uenerit. Vł ubi forsitã alibi aliter nõ posset haberi pax.Ibi enĩ utiliter partis geritur negotiũ utriusq; & sic põt ĩtelligi.ff. đ pactis l.cõuentionum. Aliter quomõ possum remittere ius hoĩs mei cum nec possem ab eodẽ tãdũdẽ extorquere sine rapina.hec Hostien.

75 ¶ Quid de subditis mouentibus bellum ex imperio dñoꝝ suoꝝ.Rñdit Monal. ubi supra ꝙ subditus qui mouet bellum ꝓ dño sibi mãdante & scit bellum esse iustum nõ tenetur ad restitutionem eoruʒ que accepit ab hostibus iuxta editum dñi:nec peccat nisi hẽat corruptã ĩtentionem p cupiditatẽ uł odium uel similia.Si aũt sciebat bellum esse ĩiustum tenetur restituere:quia plꝰ timuit hominẽ q̃ deum.Si uero dubitabat utꝝ bellum esset iustum siue rõne persone siue rei aut cãe aut animi aut auctoritatis.Et his enĩ oĩbus cãis posset belluʒ esse iustum:ut dictum ẽ supra eadem parte.§.i.ubi tractat de bello iusto uel iniusto nõ tenetur.Vnde si uasallꝰ ducis uel comitis uocet ad bellum mouendum ab eodem comite uel duce cõtra hostẽ suũ ꝯtra quẽ nõ lʒ ei auctoritate ꝓpria mouere bellũ uassallus excusatur si dubitet utꝝ idẽ comes uł dux habeat auctoritatẽ a rege sup hoc

excusat eni ꝓpter bonū obedientie licet forte peccet ꝯtra deum ibi male ꝑticipādo.23.q.i.qd culpat alit culparis. Sꝫ nūqd simꝉit excusant amici & cognati mouentis bellū qui nō sunt ei subditi & milites ēt ꝟuiētes stipēdiarii & extranei si credebāt esse bellum iustū Rn̄dit idem ubi supra ꝙ nō:quia nō excusat bonum obedientie sicut subditos nec debent se ꝯmittere discrimini & in dubio ut iuuēt aliquē ī preiudicium alterius. Quia sicut dicit Ambrosiꝰ. Si nō pōt alicui subueniri quin grauetur alter:ꝯmodius ē neutrꝝ iuuari quā grauari alterum.iq.q.5.deniqꝫ.Nec ē simile de aduocato quē excusat bona fides q̄diu credit esse iustā cām quā fouet licet in ueritate sit iiusta quia ibi ē iudex superior qui cām examinat & iudicat de allegatis. In bello uero siue guerra uiribus corporalibus negotium nititur nō ꝓpter rōnem diiudicātis.

Quid de his que rapiūt ī ecclesiis aut đ bonis clericoꝝ aut ecc̄laꝝ que sunt interra illius cōtra quem iustum geritur bellū nunquid q rapiunt ea tenentur ad restitutōnē.Rn̄dit idem ubi supra ꝙ sic nisi auctoritate prelati ecc̄lastici hoc fiat. Quid de illis qui confugiunt ad ecc̄lam imminētibus hostibus & ibi capiūtur ab eis:nūquid capientes dn̄t eos dimittere liberos. Rn̄dit idem ubi supra ꝙ sic:nisi īcastellauerīt ecc̄las aut īde īpugnauerīt hostes.In hoc eni casu cū īpi īmunitatem ecc̄le uiolent īpugnando nō debent gaudere īmunitate ecc̄le. Similiter dicendū si ibi reponant uictualia sua de qbꝰ substentatur in impugnatione hostium suoruꝫ scilicꝫ ꝙ si rapiatur ab aduersariis iuste bellantibus nō tenētur ad restitutionē: forte nō peccant etiam rapiendo. 76

Item quid de illis qui īcendūt ecc̄las in bello iusto:nūquid tenentur đ damno dato. Rn̄dit idē ubi supra ꝙ si nō sunt incastellate & hoc ex ꝓposito tenentur.Si autem sunt incastellate aut si nō ex ꝓpoito īcendant.sed cau̅ dū illi iuste bellātes prestant operā rei licite dum īcendunt machinas hostiū aut castꝝ aut uillā quā alias n̄ possunt expugnare ꝯmode dicēdū ē ꝙ nō tenētur. 77

Vtꝝ sacrilegis regibꝰ indicentibꝰ bellum teneantur subditi milites obedire.Rn̄det Alex.de ales ī.3.ī tractatu iudicialiū preceptoruꝫ ꝙ uir iustꝰ si sub hoīe sacrilego militet recte pōt illo iubēte bellare si uere pacis ordinē ꝟuās ꝙ sibi iubetur uidet nō esse ꝯtra dei p̄ceptū: uꝉ utꝝ sit certū nō ē.Et iō legio Thebeoꝝ potius uoluit mori quam iubēte sacrilego īperatore ꝑsequi christianos ut legit ī legēda Mauritii & socioꝝ eiꝰ. Vn̄ Aug. contra Manicheos.Si huāna cupiditate bellū gerit supple & p̄cipe nō nocet sanctis.i.subditis in quo nō hꝫ qsq̄ ꝑtātem nisi a deo siue sinēte siue iubēte. 78

79 Quero an occupata hodie per principes christianos inter se bella & guerras ꝓpria auctoritate uł temeritate mouentes & ꝙ unus qete & pacifice possidet & ab antiquo possedit aliq denuo uiolēt occupāt An licite teneāt? Rn̄det Anto.de bu.c. ꝙ super his deuoto secundū Hosti. ꝙ nō uidet ꝙ iuste teneāt nec uidet qualiter ꝯfessores eorū peccata quāq̄ notoria palpitēt & dissimulent nec qualiter ab eisdē castra & possessiones & alias elymosinas scienter accipiant & absol uant:& p cōseq̄ues nō uidet qualiter in italia prescribi possit de pre scriptione.c.fi.Vnde dicit Caueant & sibi cōsulant: unde timēduꝫ ē ne cateruatim ad inferos īnumerabiles populos secum trahant.ꝗ.o di.Si papa. Peniteant ergo & quod sciunt esse alienū restituāt.iq. q.ſ.per totum &.q.6.c.i.si uoluit per ueram pniāꝫ repari ꝺ̄ summa trinitate.c.i.§.sacrum.

80 Quid de coitibꝰ nostris qui tota die sine auctoritate prīcipis arma sumūt & sumi faciunt & uassallos ꝓprios exhereditāt. Rn̄det idem Hostien.de treu.& pace.§.quid sit iustū.Non dubito quin ad resti tutionē teneātur nisi seruēt iuris ordinem qui ē: ut si uassallus uult stare iuri audiatur.Si cōtumax ē īpugnetur quod pōt fieri auctori tate iuris uł iudice precipiēte.ff.de rei uendi.l.qui restituere.Nulli enī licet arma mouere ad alium īpugnādum sine auctoritate iuris uł iudicis. Aliter penam īcurrit cū ītelligatur uiolentiā īferre.ff. ꝙ metus cā.l.extat. Si ergo dn̄s qui īmediate subē principi de uassallo ꝓprio cōqueratur & uellet tutiorē partem eligere.s. quo ad animā: cōsulo ꝙ nō dicat sibi ius:sed ꝑ auctoritate principis gladiū assumat uł ad dyocesanū uassalli recurrat ad cuius monitionē si obedire no luerit excoīcabitur rōne peccati.extra de iudi.c.nouit & de maio.& obe.c. solite de censi.c. oīs aīa & si p ānū steterit excoīcatꝰ ex tunc dyocesanꝰ ip̄m & res eiꝰ exponet.hec Hostiē.

8i Quid de istis bellis indictis quottidie ab una ciuitate alt̄i sin̄ auctori tate principis.Rn̄det Io.de pla.insti.qui mo.ius patri.po.sol.§.sed ab hostibus qui dicūtur latrūculi: iō ab eis capta subiacēt restitōi: ut.l. quia latronibꝰ.ff.de testa.

82 Quid de istis partialibus ciuitatum quando una pars expulsa indicit bellum ciuitati. Rn̄dit idē ubi supra ꝙ nō dicitur bellū: sꝫ dissensio ciuilis ex qua res publica leditur: & ideo in tali bello nō hn̄t locum statuta de bello licito.l.si quis ī gemīa.§.ī ciuilibꝰ.ff.ꝺ̄ captiuis & iō ī eo capta subiacēt restitutōni.

83 Quid de istis socialibus gentium armoꝝ qui ad suū libitū discurrunt territoria ciuitatum faciendo redimere. Respōdet ideꝫ ꝙ latrones sunt & de oībus per eos ꝯmissis tanquā latrones puniendi sunt.ut.l.

hostes de captiuis.
¶ Quid de his que recupantur ab hostibus p milites & stipendiarios. 84
Rñdit Io.d' pla.insti.qui mo.ius patrie ptãtis soluitur.§.si ab hostib9
q; debent in pristino statu reponi: unde bestie ablate per hostes &
a nostris stipendiariis recupate debent restitui eis quoꝝ prio erant
di.i.sicut liberis & .l.ab hostibus.l.2.ff.de captiuis.Et hoc uerum est
in rebus que habent postliminiũ quod ẽ ius qd' debet captiuis post q̃
a captiuitate liberati sunt sicut sunt equi naues onerate curr9 & bo
ues & alia ppter usum belli parata de quibus.l.2.&.i.ff.de captiuis.
Item fallit in armis recupandis que nõ restituũtur illis qui amiserãt
qa uitupose amittũtur.l.i.ff.de captiuis:sed in rebus hostium captis
distĩguitur aut sunt res ĩmobiles & debent publicari nõ ãt efficiũt
capientium.l.si captiu9 .§.expulsis.ff.d' captiuis.Si sunt res mobiles
efficiuntur capientiũ.l. si quid in bello .ff.de captiuis nisi capiantur
uictis hostibus quia tunc debent distribui scd'm merita ut dictum
ẽ supra .§. 6.
¶ Quero an in iusto bello nõ solũ cõtra principalẽ iniuriantẽ sit lici/ 85
tuȝ pugnare ipsum & personas suas capiendo sed etiam uassallos &
subditos ac complices & eum contra iustitiam adiuuantes. Rñdet
Innocenti.in.c.sicut de iure iurãdo q; aliqui dicũt q; sic ar.de officio
dele.c.i.Alii dicunt q; possunt quãdiu sunt in actu belli non aliter si
pugnant cõtra mouẽtẽ bellum uł nisi de rebus eoꝝ: puta si ĩcastris
uł edificiis aliis lederet.
¶ Vtꝝ ille qui recuperat rem sibi subtractam furto uel uiolentia uel 86
equipollẽtem furtiue uel uiolent̃ teneatur ad restitutõnẽ rei quã sic
recupauit. Rñdit Alex.de ales in.4. in tractatu restitutionum sine
preiudicio opinando iuxta aliquoꝝ sentẽtiaȝ q; cum aliquis furtiue
uł uiolẽter recupat rem nõ suam:sed equipolẽtẽ rei sue: si hoc ĩcõ/
tinẽti fiat.s.sine interpellatione tẽporis nõ tenetur ad restitutioneȝ
rei illi9 nisi fur ł raptor restituat illud qd' abstulit ei.quia licitũ ẽ uiȝ
ui repellere in cõtinenti.Exempli gratia. Aliquis aufert alii equum
suũ ł furatur: ille cui ablatus ẽ equ9 insurgit statim ĩ eũ & cum non
possit ei auferre equũ quẽ spoliator abstulit illi:aufert illi suũ.In hoc
caũ nõ tenetur ad restitutionẽ nisi fur uel raptor restituat illi quod
abstulit nisi forte melior fuerit equus spoliatoris quã spoliati: quia
tunc tenetur ad restitutionẽ tanti quãtum ualet plus seu preualȝ q;
aũt possit recupare rem suam ĩcõtinenti rapiendo ł equipolленteȝ
rei sue uidetur per simile sumptũ ĩ.l.deutronomii.19. Vbi loquit̃ q;
cũ aliquis non de ĩdustria ĩterfecerit aliquem ppinqu9 occisi ipune
poterit ĩcõtinẽti occidere occisorem dũmõ dolore stimuletur licet

prior occisor non fuerit reus mortis. Multa enī perpetrata instante dolore remanēt impuīta que si cessante dolore fierēt eēnt puīenda unde spoliatus re sua si incontinēti manente dolore ex damno sibi illato recuperaret rem sibi furtiue uł uiolent̄ subtractā furtu ł rapina rei equipollentis facta spoliatori: nō credo ꝙ teneatur ad restitutionē. Sed si tēpore īterpellato cessaret dolor nō uidetur mihi ꝙ posset cum recta ꝯscientia rem suam recupare furto uł rapina rei equipollentis: quia hec res nūquā fuit sua: sed ꝑ iudicium rem suam debet recupare. Si uero rem ꝓpriam recuperet furto uł rapina uel uiolentia nō tenetur ad restitutionē. Non obstat ꝙ nemo debet sibi facere ius cum nō sit iudex quia rn̄dit idem quia homo dicitur ꝓpt̄ cōſuationē reipublice. Periculū enī maximū īmineret reipublice si quilibet faceret sibi ius. Vnde ubi nullū periculū rei publice utpote quādo aliquis sine omni scandalo recupat rē sibi ablatā: bn̄ licet sibi facere ius nec tenetur ad restitutioneꝫ. Sic ſm modum predictum dicēdū ē ad predicta iuxta sentētiam iurispitoꝝ ꝙ ſm diffinitionē illoꝝ qui sunt iurispiti ī iure diuino pōt dici ꝙ qui sine scādalo rem suā latēter uł ꝑ uiolētiā accepit uł rem equipollētē rei sue nō tenet̄ restituere. qa simplicit̄ n̄ facit furtū. et si dicat ꝙ ꝯtractat rē alienā dicēdum ꝙ nō ut alienā.

¶ De famulo furtum subtrahente a domino ꝓpter mercedē negatā.

87 QVid de illo qui ſuiuit dn̄o fideliter & dn̄s nō uult ei reddere mercedē suam & furatur dn̄o equiualens mercedi sue: an teneatur ad restitutionē? Rn̄det Alex. de ales ubi supra ꝙ nec tēpore negate mercedis nec pꝰ licitū ē ei spoliare dn̄m suū qa nihil ꝙ dn̄s habeat ē uel fuit ſuiētis neqꝫ ip̄e ſuiendo & iā cōpleto ſuitio efficit ꝙ suū ē: sed ꝙ suū eē debebat. Cā enī efficiens meritoria non ē uere & ꝓprie cā mercedis quā meretur sed ip̄e dans uł reddens mercedem sicut cū aliquis ꝑ caritate meretur uitā eternā ip̄e nō ē ꝓprie cā uite eterne: sed deus qui eā dat: nec ē simile. Iosue 8. Vbi dicitur ꝙ filii israhel ceperunt ciuitatē Ay ꝑ īsidias. Vt dicit Aug. cuꝫ quis iustū bellū suscepit: utꝝ aperta pugna an īsidiis uīcat nihil ad rem pertinet: quia dn̄s iam cōtulerat terrā ꝓmissionis filiis israhel. Iteꝫ nō obstat exo. ſo ꝙ filii israhel postulauerūt mutuo ab egiptiis auꝝ uł argentū & nō reddiderūt eis: quia fuerunt ſui egiptioꝝ nec habuerūt mercedem: quia illud precepit dn̄s cuiꝰ maxime erant res egiptioꝝ. Vnde trāstulit dn̄ium eaꝝ. Idē Ric. in. 4. di. 15. q dicit ꝙ peccat in modo recipiendi licet nō ad restitutionē teneatur 14. q. 5. nō sane. Concor. Asten. ī sum. li. 5. ti. 29.

¶ De restitutione acq̄sitoꝝ ī ludo.

Q Vero an acquisita in ludo subiaceant restitutōni. R̄spōdet
Ric. in. q. di. 15. ar. 5. q. 8. Q2 quidaʒ ludi sunt ita ꝓhibiti ꝙ
tamē nō precipitur restitui hoī qd' lucratur ſm legē illius
ludi sicut sunt torneamēta. Vn̄ illi qui lucrāt̄ tali ludo q̄uis peccēt &
quia faciunt cōtra ꝓhibitionē ecclesie tamē restituere nō tenentur
Sunt & alii ludi ꝓhibti ita ꝙ etiā precipitur restitui illud qd' ludēs
tali ludo lucratur cuiꝰmōi ē ludꝰ alearuʒ & taxilloꝝ. Et ꝙ tales sint
ludi ꝓhibiti habetur di. 35. epūs &. ff. de allea. p totum & ī auctētica
de sanctis epīs. § Interdicimꝰ. & extra d' uita & honestate clericoꝝ
in. c. clerici officia ī textu & glo. Nō tn̄ ē ꝓhibitū ludere nisi ex cupi
ditate & p coī ꝯuiuio faciēdo. ff. de al. l. ultīa. ꝙ ī cōuiuio uescēdi cā
ponitur in eandē rem familia ludere pmittitur. Q2 aūt ludēs resti
tuere teneatur ꝙ lucratur in ludo alleaꝝ uł taxilloꝝ ſm ꝙ ꝓhibitꝰ
ē in dicto. c. epūs & glo. &. ff. de alle. l. ul. ī dicto. c. clerici officia ī glo.
Quod aliqui sic eē credunt intelligendū. s. ꝙ p iudicē ad restituēduʒ
pōt d' iure cōpelli: si tamē p sententiā iudicis nō cōpellit̄ restituere
nō tenetur. quia talis restitutio precipitur ī penā lucrantiū tali ludo
nec iura ad hoc allegata dicunt qd' teneātur restituere ip̄o iure: sed
ꝙ ab eo pōt de iure peti. Aliquis enī quādoq3 aliquid licite retinet
an̄q̄ p sentētiā dimittere ꝯpellatur qd' tamē p sentētiam iuste latā
restituere cōpellitur. electio enī excoīcati minori excoīcatōne nō ē
irrita ip̄o iure. tamē ē irritanda. extra de cle. ex mi. § si celebrat. In
terficiens etiā hoīem īiuste pōt p sententiā iuste priuari hereditate
sed tamen ante sentētiam nō tenetur illā dimittere. Coīs tn̄ opinio
que ē securior tenet ꝙ eo mō ꝙ ludus taxilloꝝ ē ꝓhitus hō tenetur
de iure ad restituēdū illud qd' lucratꝰ ē per talē ludū qa nō tantum
ꝓhibetur ille ludus: sed ēt acq̄sitio lucri p talē ludū. quia tn̄ ut aliqbꝰ
ꝓbabiliter uidetur tał restitutio nō precipitur per ius canonicū: sed
tantūmō p ius ciuile nō uidetur ꝙ ad hāc restitutionē sint obligati
de necessitate nisi illi qui de iure legibꝰ subsunt īperialibꝰ nisi alibi
sit talis ꝯstitutio p cōsuetudinē approbatā. Videt̄ tamē aliis ꝓbabilit̄
ꝙ talis restitutio precipiatur īplicite ī iure canonico quia leges im
periales nō cōtrarias iuri diuino nec abrogatas p ius canonicū nec p
aliq̄ ꝯtrariā cōsuetudinē rōnabilē iura canonica obseruandas decre-
uerūt. io. di. c. de capitulis in. c. quis aūt. & duobꝰ his īmediate sequē-
tibꝰ Item Hosti. in ti. de pe. § quibus uer. sed & sunt addit dicens. Sʒ
& sunt ꝑsone quibus ē īdistincte restituendū quicquid ab eis in ludo
lucratū siue extortū ē: puta furiosi ꝓdigi minores. 25. ānis & maxīe
pupilli. Item in mēte captis surdi ceci & perpetuo morbo laborātes

quib9 tutores & curatores dati sunt: & sic per se ēt ꝑpria nō libere administrāt.ff.de postu.l.i.ī fi.&.l.2.& īsti.de cura.i. Rn̄det idem de monacis & claustralib9 ar.i2.q.i.nolo.&.c. nō dicatis & de testa.mo. c.cū ad monasteriū.Idem in uxore ludente res mariti & in filio familias ludente res paternas & ī administratore ecclesie ludente res ecclesie que paupū sunt.in quibus omnibus tutori uł curatori abbati marito patri ecclesie ē restitutio facienda.Ray.aūt distīguit. Vtrū aliquis ludens uolūtarius excupiditate amiserit & talis nō pōt repetere & si lucretur saltem in iudicio anime tenetur restituere. Vel coactus ījuitus attractus.Vel per nimiā īportuitatē īductus: & si talł amittat pōt repetere & si lucratur nō tenet̄ restituere. Deb3 tamē paupibus errogare.Et idem dicit deillo qui cum īfirmus esset causa recreationis modicū lusit dum tamē aliū inuitū ñ cōpulerit.Et ꝯm hanc distīctionem dicit Hosti.iura & opiones supradictas posse ad ꝯsonātiam reduci ar. ad hanc di.i4.q.5.nō sane extra de symo. dilectus.i.ff. si quadrupes paupiē fecisse dicatur.l.i.§. cu3 arietes.c.ad.l. iuliam de ui.publica uel priuata.quoniā multa &.ff. ad.l.acquileā.l.si ex plagis.§.tabernarius.Alex.uero de ales ī.4. in tractatu restōnu3 dicit ꝙ aleatores nisi fraudem īmisceant ī ludis suis nō tenentur de stricto iure ad restitutionē pactum interuenit inter partes ꝙ utrꝗ parti placet & obligatio ꝯdicti.Vnde ꝯm pactum illd & obligatōe3 cōdicti.nec ille qui amisit pōt de iure repetere nec ille qui lucratus ē tenetur restituere: & quia antiqua iura iubent illud restitui & cōcedunt actionem repetendi magis uidetur esse ciuilis satisfactio & pena ꝑpeccato q̄ obligatio ad restitutionē.Nō ē enī honestū hui9 mōi lucꝝ nec honesta occupatio in talibus: īmo sepe multū dānosa efficit̄ reipublice cū rōe ludi distrahāt̄ possessiones et exheredentur successores et posteri. Vnde et Iustinian9 dicit ꝙ alleaꝝ usus prodit ī lacrimas. Vñ ad cohabitationē mali sequētis data ē illa lex de alleatorib9 sicut in foro pnīali īiungitur sepe satisfactio pecuniaria nō solum eis qui lucrati sunt:sed etiā eis qui amiserūt: ut reprimatur ī honesta occupatio et malum subsequens. Sco.uero in.4. di.i5.dicit ꝙ illa lex ultima de aleatoribus que permittit repeti ꝑditū in ludo et ꝑ ꝯsequens restitui. ligat solum illos qui uiuēdo pollicite subsunt legi īperiali qui forte nulli sunt hodie:quia ubi lex illa sc3 imperialis consueuit habere locum municipia preiudicant imperialibus ut patet in italia.

¶ De restitutionē notarioꝝ.

89 QVid de notario q damnificat aliquem ꝑpter eius imperitiam Rn̄det dn̄s Io.de pla.īsti.de obli.que ex quasi male.na.in prin.

ꝙ tenetur ad īteresse partis ut.l.fi.c.de mḡratibus cōueīendis. hic ē ꝙ tenet̄ iura scire saltē ad ei⁹ officiū spectātib⁹ ut a ꝯtractib⁹ illi-citis se abstineāt:ut notat glo.ī.l. generali.c.de tabula li.io.

¶ Quid si faciat falsum instrumentū dic ꝙ multo magis punitur ut īsti.de publicis iudiciis.§. Item lex cornelia de falsis ubi īponit̄ pena mortis ꝑuo & deportationis & publicationis bonoꝝ libero homini qui scienter falsum testamentum uł īstrumētum scripsit signa-uerit recitauerit ł signū adulteriū īposuerit ubi uide plura pulcra ꝑ dn̄ꝫ Io.& ī.l.aptiores.C.đ exac.tributoꝝ li.io. ubi dicit ꝙ exactores tributoꝝ tenētur scribere nomē soluētis mensem.& diem & quātū soluitur ex qua cā ut.l.i.C. de apo.publicis aliter īcurrunt magnum damnū & manus āputationem ut ī auctentica de man.prin.§.coges colla.ꝫ Et eadem pena punitur etiā notari⁹ scribēs cōtract⁹ aliena tionis ꝓhibite ut ī auctentica de ꝓhi.feu.alie ꝑ fede.C.īperialē .§. scriba uero colla.quarta. 90

¶ Quid de aliis artificibus cui⁹cūqꝫ artificii asserētib⁹ se ꝑitos ī arte sua Rn̄det idē insti.de obli.que ex quasi male na.ꝙ tenet̄ si aliqueꝫ ignorātia ledāt.l.fi.§.i.&.2.ff.si me.fal.mo.di. & notat glo. in:l.si qs fundū.§.celsus.ff.locati. 91

De restitutōne medicoꝝ.

SEquitur de restitutione medicoꝝ unde dicit tex.īsti. ad l.acqui.§.preterea si medicus.Qꝛ medicus curā egri de-reliquēs uł male secās egrum ē in culpa.& ideo acquilea tenet̄ ad restitutionē alit̄ estiationē ꝑm q̄ti ꝑłimi ualuit īfra ānum.Concor.l.quia actionē.§.fi.cū.l.se.ff.ad.l.acquileā.Et nota ꝑm Io.de pla.in dicto.c.preterea si medicus: ꝙ culpa cōmittitur āte factū nō ꝓuidēdo & in ipo facto ut male secando & p⁹ ipm factum ut dereliquēdo egꝝ ut dicto.§.preterea.& notat glo.in.l.idē iuris.ff ad.l.acquileā.Vnde nota ꝑm eūdē ꝙ medicus dereliquēdo curā egri ē in culpa saltem leui uł leuissima ꝑm ꝙ infirmus erat ī ꝯualescētia & sic derelinquēdo uidetur prebere cām mortis.& ideo punitur. Si āt medicus gratis curabat dicit glo.in dicta.l. ideꝫ iuris ꝙ tenetur đ culpa leui ad siłitudinē gestoꝝ negotioꝝ.Itē nota ꝑm eūdē ꝙ īpitia medici ānumerat̄ culpe.ut dicto.§.preterea &.l.si quis fundus .§.cels⁹ locati &.ff.de re.iu.c.nō ē sine culpa.et ibi glo.i.q.i.c. non ē putanda in fi.29.di.c.fi.de eta.et quali.c.ad aures de homicidio.c.tua.Et hoc uerum ī medico et iudice et quocūqꝫ artifice asserēte se ꝑitū ī arte sua:quia tenetur nō solum de dolo et lata culpa: sed etiam de īpitia et ideo medicus imperitus tenet̄ de sua īpitia.ut in iuribus allegatis et.l.illicitas.§.sicuti.ff.de offi.presi.Quia īpitus medicus reputat̄ ꝑ n̄ 92

medico.ut notatur.In.l.q si nolit.§.mancipiu.ff.de edilicio edicto & fauore publice utilitatis medicus semel approbatus pot reprobari si no e sufficiens.l.sed & reprobari.ff.de excu.tu.Similit iudex eo ipo q locat se p iudice & assessore uidetur asserere se peritu & io tenet ut.l.si iudex.ff.de uariis.& extra or.cog.& notat glo.in.l.2.ff. q qsq iure quinimo rone asserte pitie lata culpa equipatur dolo ut.l. ad co metariesem.ff.de custo.reoz.

93 Quid de medicis qui gratia lucri ptellat morbos infirmis de quibus dicendum q absq dubio ad restitutione tenet. qa si medic9 bonoru fortune.i.iudex & aduocatus ex ptellatione litis tenetur ad restitutione petedo supfluas dilationes multo magis ptellas infirmitatem i detrimetum corporis ifirmatis.

94 Quid de medico iperito.Rndet Hosti.in sum.in ti.de pnia.§.quib9 uer. Tenetur etia iudex q medicus iperitus tenetur ad restitutoez de eta.& quali.c.ad aures & his qui talem scient eligit d culpa ipius tenetur de officio.Archi.c.ea que.Item ide Hostien.in sum.in ti.de hoici.§.pe.uer. Ideo licet dicit sic.io licet medico iputetur culpa an factum puta quia itromittit se de medicina cu sit ydiota & culpa i ipo facto: puta quia lz discretus sit i arte no tn sequitur traditiones artis sed capitanea uolutate: & culpa p9 factu puta quia perit9 erat etia traditoes artis sequitur: sed no adhibet diligetia circa custodia ifirmi si tame nez an factu neq i facto neq p9 factu i culpa depre hedatur no iputatur ei si ifirm9 aliter fatuitate sua l auaritia l cau fortuitu moriatur. Recurrat ergo quilibet medic9 ad ςscietia sua ut supra de eta.& qualita.c.ad aures & de homi.tua.ff.de offi.presi.l. illicitas.§.sicuti.ff.ad.l.acquilea.l.idem iuris & insti.ad.l.acquilea.§.i. iperitiam Sed in hoc casu ppter graue scandalu interdicetur ei executio quis nihil deliquerit de homicidio.c.ex litteris Est et cosiliu Gof.q pmoti & maxime pmouedi ad sacros ordines ab ope practicali & potissime cirugico q icisione & adustione requirit abstieat extra ne cle.uel mo.c.sententia de homi.c.tua nos cu i nllo uacillare debeat coscietia pmouedi.33.di.laici hec Hosti.

De restitutione acquisitoz p litigiu.

95 Vero an male acquisita p litigium subiaceat restitutioni & prio quid de accusatoribus & denuciatorib9 criminu. Rndz Hosti.in ti.de pnia.§.quibus uer.quid d denutiatorib9 q si caluniose hoc fecerit tenentur ad restitutione dani dati.Ite tenent penitentiam agere si ex odio ad hoc procedat: quia ex caritate dnt talia procedere.23.q.5.c.prodest.21.q.5.c.non uos in.c.si peccauerint 5.q.3.c.i.

¶ Item ſcd'm Monal. crimē cōcuſſionis cōmittit & tenetur ad reſtōnē 96
qui⁊ pecunia accepta deſiſtit ab accuſatōne ī ſum. ī tractatu reſtu
tionū uel qui accepit pecuniā ut accuſaret tenetur ad reſtōnem ei
ī cui⁹ īiuriā ꝟ ei q dedit qñ nō turpiter dedit.i.q.3.iubem⁹.

¶ De reſtitutione iudicis.

Quid d' iudice qui dolo ſeu īprudentia.i.ignoratia ſua iniq̄ 97
ſentētiam tulit. Rñdet Monal. ꝙ teneṫ ad totū ītereſſe illi
qui ex tali ſentētia leſus ē niſi poſſit īducere illum pro quo
ſentētia3 tulit ad plenā ſatiſfactionē leſo.C.de pena iu.qui ma.iudi.
l.ul:&.ii.q.3.quatuor Et ſcd'm leges multas alias penas deb3 ſuſtinere
Debet etiā & tenetur ꝓpter īprudētiam reſtituere leſo ſcd'm leges
ad arbitriū boni uiri iudicātis.ff.de uariis:& extra or.cog.l.ul.& īſti.
de obli.que ex quaſi male naſcūtur in principio.qd' ītelligit dñs Io.
de pla.uerum niſi ps appellauerit & ſuccubuerit. quia tūc nō teneṫ
.l.a ꝓcōſulibus.C.de appellatōnibus.In iudicio etiā aīe tenetur. quia
fuit in culpa cum ſciuit uel ſcire debuit ſe inſufficiētē & tñ iudicare
talem cām preſumpſit.Sed hoc uidetur quib⁹dam q̄tum ad iudices
delegatos ad min⁹ quibus delegantur cāe ſcienter a papa pro eo ꝙ
ſunt boni uiri licet iuris ignari. nō enī uideṫ ꝙ iſti teneātur ſi ferūt
iniquam ſentētiā dum tamē hoc faciāt bona fide & de ꝯſilio pitoꝝ
aliter bene teneṇṫ ſi in requirēdo cōſiliū fuerūt negligētes aut cul-
pabiles.Itē dicit Hoſti.ubi ſupra uer.teneṫ ēt ubi ſic dicit. Tenētur
ēt iudices uel aſſeſſor q ſe ſciebat īpitū & ſe de iudicio ītromittit in
ſtitu.d' obli.q̄ ex quaſi male naſcūtur.i.Rubri.negligētia.

¶ De negligētia iudicis rubrica.

SEd quid ſi ſufficiens ē quo ad ſciētia3 ſi uellet libros reuol- 98
uere & ſtudere. ſed quia negligens ē & nō uult ſtudere: ita
ꝙ quē debuit cōdēnare abſoluit uꝉ ecōuerſo. Rñdet Monal
ubi ſupra ꝙ tenetur ſi omittit aliqd d' cōtigētibus dando opam rei
illicite:miti⁹ tñ agēdū ē cū iſto q̄ cū illo q dolo fecit.

¶ Sed quid ſi recipit pecuniā ut inique iudicet. Rñdet ꝙ tunc tenetur 99
reſtituere nō tamen ei qui turpiter dedit. ſed ei cui⁹ īiuria3 accepit
i.q.i.iubemus.& ar.i7.q.4.ſi quis in atrio.ff.de calū.l.generaliter.§.
aliud Idem Alexan.d' ales qui de hoc tractat ī tertio in tractatu iu-
dicialium preceptoꝝ.

¶ Sed quid ſi accepit pecuniā ut bene iudicaret aut ſimpliciter ut iudi 100
caret. Rñdet Monal.ubi ſupra ꝙ cum ex officio ſuo teneaṫ iudicare
bene & gratis turpiter accepit & crimē cōcuſſionis cōmittit.Crimē
enī cōcuſſionis ē cū quis ī officio cōſtitutus extorquet aliqd ꝑ metū
a ſubditis aut quādo nō uult facere ad quod tenetur niſi pecuīa ſibi

data:aut cu3 aliquis officialis aut miles ultra sibi cōstituta stipendia extorquet cōtra illud. Estote cōtēti stipēdiis uestris & tenētur pre dicti ad restitutōem. Idē Hosti. ubi supra.

ioi ¶ Similiter qui accepit pecuniā ut nō iudicaret uł etiam ut male iudi caret.i.q.i.iubem⁹.ii.q.3.licet.i4.q.5.non sane extra de symo.nemo &.c.dilectus li.i.& tenetur restituere illi qui dedit sibi bona ītētōne dedit sc3 ut ius & equitatē sibi ꝯuaret ut dicto.c. sane &.c.dilectus. Si uero dedit ut aīm iudicis sibi mala intentione īclinaret ñ tenet̄ illi:sed pauperibus uel illi in cui⁹ īiuriam data fuit talis pecunia restituenda ē:ut dicto.c.nō sane.

io2 ¶ Item tenetur iudex ad litis estimationē ei qui per eius negligētia3 lesus ē quādo nullo modo noluit sentētiam ferre.23.q.2. dñs &.q.5. administratores.

io3 ¶ Item si iudex ꝑ iprudentiam assessoris male iudicauit ignorāter erit excusatus & erit culpa assessoris qui ꝓpter sciētiā precipue eligi d3 .ff.ꝙ quisꝗ iuris.l.2.Idem Hosti.si iste assessor ab omnibus iustus & peritus credebatur & ipē tenetur.Item tenetur officialis qui habet certos redditus assignatos quicquid a litigatorib⁹ extorquet .86.di. non sane.23.q.i.militare. Secus tamē si non h3 stipendiū sibi assignatū.i4.q.5.nō sane.

io4 ¶ Quid de officialibus iudicum qui incitant iudicem ad īiuste iudicādum ex certa scientia & contra cōscientia3.Rñdet Hosti.ubi supra ꝙ tenentur ad restitutionē.

io5 ¶ Quid de iudicibus & aliis secularib⁹ admīstratoribus qui negligunt facere iustitiā & defendere oppressos eccłiasticos uiduas & pupillos Dic ꝙ ipō iure sunt excoīcati p⁹ tertiā monitionē nec pñt absolui nisi pri⁹ dedāno satisfaciāt.ut dicit tex.iuncta glo.i.c.admīstratores .23.q.5.uide infra.§.cētesimū quadragesimū sextū.

io6 ¶ Quid de iudice qui omittit cōdēnationē expēsaꝝ. Rñdet Io.de pla. in.l.obꝯuare.C.de curio.li.io.ꝙ tenetur de suo refundere eas parti l.ꝓperandum.§.Sin autem alterutra.C.de iudiciis & ī glo.& ī dicta. l.obꝯuare.Quod ītellige si fuerunt petite.aliter ius perit cā negligentie sc3 partis nō petentis & iudicis non condemnātis melior est cā conueīenti.l.si ꝯuum.§.si sequitur in fi.ff.dꝰ uerbo.obli.Pōt tamē condēnare si uult licet non sit petitum cum hic emergat p⁹ litem cōtestatam & sic ad eius officium expectet.l.ediles.§.sciendum.ff.dꝰ edilicio edicto. Quid de iudicibus facientib⁹ baratarias dic ꝙ debent puniri.l.iulia repetendaꝝ.ut īstitutis de publicis iudiciis.§.sunt preterea ubi uide plene ꝑ dñm Io.de pla.

¶ De restitutione aduocatoꝝ.

QVid si aduocatus fuerit in culpa quia nō erat idoneus puta erat de psonis phibitis aduocare ut religiosus uel in sacris Rn̄det Hosti.in sum.ti.de pnia .§. absq3 aliter quibus uer. quid de aduocatis qui in hoc casu nō credit q teneatur ad restōne3 illi a quo accepit salarium si aliter diligēter officiū suu3 exequatur nec in culpa sit amissionis cāe sed aliter ē ei iiungendū.ut illud expendat in pias cās & subueniatur peccatori oratōnibus & suffragiis eccl'ie & illorum qui elimosinam recipiunt ar.iq.q.5.nō sane .12.q. 2.gloria epi &.c.aux.

Sed qd si recipit imoderatū ptiū seu salariū.Rn̄det idem ubi supra q ad pl9 tenet restituere illi a quo pl9 extorsit. 108

Quid si p ignorātiam uel negligētiā clientul9 suus amisit litē Rn̄d3 idem ubi supra q tenetur restituere salarium & dānum qd ad hoc clientulus suus incurrit ar.ff.ad.l.acquileā.l.idē iuris & d eta.& qua. c.ad aures Item si p cauillationē abstulit aduersario suo bonā cām ul ipam grauauit ul i aliquo petēdo dilationē supfluam l allegando falsa cōtra cōscientiam ul faciendo poitionē duplicē ul cauilosam l p istructionem falsi testis uel quia induxit clientulū suū adueritatē negandā tenetur in solidum quo ad ue interēē. Concor.Monal.in sum.in tractatu restitutionū. 109

Item tenentur aduocati de damnis cōtigētibus eo dolo & fraude puta quādo uolūt impedire admīstrationē alicui9 tutoris faciūt eu3 accusari de suspecto scientes q lite 9testata in cā suspitionis imediate interdicitur tutori admīstratio aliter ut.ff. de solu.l.q si forte & insti.quibus modis tute fi.§.desinūt. Item tenētur ad restitutōnē parti aduerse d omni damno illi aduocati qui instruūt clienticulos suos negare ueritatem & falsum rn̄dere.d quibus ut dicit glo.in.c. i.d cōfessi.li.6.& quiquagesima di.sepe.Que etiā dicit q solent aduocati dicere clientulo si hoc cōfiteris perdes cām:nec dicunt pdes aīam si negaueris extra d symo.c.Mathe9.Item qui petūt supfluas dilationes & terminos de quibus dicitur per glo. in.c.statutū.§.si d rescriptis li.6.ubi dicitur Consueuerūt aduocati sua doiositate & ipitia nescientes aliter partes iuuare dilatōnes iuris petere ad testes ultra marinos uel extra puiciam pducendos.3.q.3.spaciū Vnde pōt iudex si d malicia presumit sc3 ut id fieret cā ptellādi negotiū suū sacramentū exigere:sed si iurabatur uidebatur danda dilatō.Cōsueuerūt iudices & aliter puidere ſm formam decretalis d fideiusso. cōstitutis sc3 ibi 9mittere receptōnē testiū recepta cautōne ab illo q uadat ul mittat ad uidēdum illos iurare.Super quo uide quod ibi notatur hodie puto melius puisum per hanc litteram . Si eni dicet 110

pars habeo testes ultra marinos & iudex rñdebit paratus sum illos citare & expectare depone salarium pro expensis testium in eundo ueniẽdo stando ꝙ si facere nolet cãm nõ differt iudex. Quid ꝺ̃ illis aduocatis qui sequũtur doctrinã sathane poĩtam a Specula. in ti. de aduocato. § cõsequẽter & . § seqt̃ & . § utriusq̃ ubi describit cautelas quas dñt hr̃e aduocati tã auctori q̃ rei et q̃ utusq̃ partis. licet ĩ fine dicat ꝙ hec doctrina salutem aĩe nõ inforat ĩmo sicut dicit psalm⁹ qui malignãtur extermĩabũtur. Vnde dicit cõsulo ꝙ cõpeat ĩ t̃mĩo fideliter & se uiribus & nõ fraudibus tueatur. Tñ prĩo dat doctrinã dicẽs ꝙ aduocat⁹ actoris habeat astutiam ꝯpentis ne alteri⁹ ĩsidiis supplãtetur. 6. q. i. ex merito in fi. i6. q. i. si cupis Immo potius habeat uulpinam simplicitatẽ. Ostendat enĩ se simplicẽ & sic aduersarius eius eum minus uerebitur & contra eum parum sibi ꝓuidebit. Si enĩ eum astutũ estimaret solicitus esset ad uulpiculã capiẽdã. extra ꝺ̃ pugna. cano. inter solicitudines. i. Rubri. iuxta illud. Da occasioneȝ sapienti & sapientior erit. 23. q. 3. uide in fine Item sit cautus tãquaȝ inops specialium semper stet ĩ generalibus. ut sic simplicitas p̃tendatur ne ei⁹ ĩtentio cognoscatur. ff. de iure fisci. l. ita. Itẽ utatur & ambiguis & duplicibus ꝯmonibus tanq̃ ꝓprioꝝ ignarus. ut possit ad diuersos trahi sensus. 37. di. relatum. Ille enĩ dicit reginã interficere bonũ ẽ. timere nolite Et si omnes cõsenserit ego nõ ꝯtradico. Hec enĩ uerba possunt ad bonũ & ad malum retorqueri ĩtellectũ & tũc accipiẽtur uerba ꝓ eo & ei⁹ stabitur ĩtentioni & interpretationi. ff de iudiciis. l. si quis ãbigua. ff. ꝺ̃ uerbo. obli. l. interstipulantẽ. § i. Item caueat ne alleget publice legẽ ꝓ eo expresse facientẽ. sed eã iudici cum necessitas fuerit ad aurẽ dicat & ꝑ eã ipm ĩforet ne aduersari⁹ cõtra illam sese ualeat rñsionib⁹ premunire. quia nihil tã ĩdubitatũ ẽ ꝙ nõ recipiat quãdã solicitam dubitationẽ ĩ auctẽtica de tabellio . § si uero colla. quarta. Item cautus sit ne aliquid corã iudice reuocȝ ĩ dubium & super hoc faciat iudicẽ ꝓ eo intloqui ne reus eũ postea ualeat recusare. In cã crĩali cautius ꝓcedat. Debet enĩ aduocatus accusatoris cõmẽdare ꝑsonã in quã crimẽ dicitur esse cõmissum ar. ff. de re. mi. l. oẽs. § i. & equaliter & qualiter potãtes debẽt eẽ speculuȝ successoribus. C. de priua. car. l. i. & qualit̃ facilitas uenie ĩcẽtiuũ tribuit delinquendi. C. ut clericoꝝ de uita & honesta. cle. Quãtum autẽ ad aduocatum rei dicit ꝙ ĩ primis officiũ ei⁹ ẽ cãm extenuare fugere & differre ĩ auctentica. de litigio. § oẽȝ colla. octaua sic tñ fugiat ne cõtra eum ex nimia fuga iudex presumat. 3. q. nona decernim⁹. Itẽ die termini nõ cõpareat mane: sed sinat aduersarium preueĩre et tã diu expectare donec tedio affectus recedat et tunc ueniat uel salteȝ

ultima hora diei iudice ꝓ tribunali sedente: quia tota dies ei cedit nisi dictum sit. ut hora certa diei cōpareat insti. de uerboruȝ obli. §. iudiceȝ. Et si uiderit aduersariū absentē pōt tēpestiue uenire & eū iudici accusare & priusq̄ uenerit recedere. Tamē actore recedente uel si ultima parte diei uenerit premissa de mora qualitercūq; excusatione ostendit se uolūtarie cōparere & paratū in cā ꝓcedere & ꝺ dilatione dolere ut sic iudici placeat & nō ꝓuocet. Si uero actor instet sedat aduocat9 rei & taceat & se dormire fingat sicut sagaces sepe faciunt aduocati. Et cum iudex dixerit ei rn̄de obiectus tunc lente & pigre surget quasi excitatus a somno & supplicet iudici ꝓ audientia benigna deinde inuicem ꝯmēdet & quātū poterit blādiat ei. Item sit cautus ut si speret sentētiam cōtra se ferri non adsit eo tēpore quo fertur. Ad quid āt teneāt tales falsi & cauillosi aduocati ex dictis ī precedenti. §. cōprehēdi pōt. Itē sit cautus ut a conspectu iudicis sine aduocato actoris nō discedat ne ille aliquid ī ei9 abn̄tia ꝓponat ꝙ iudicē mouere possit.

¶ De restitutione testium.

Quid ꝺ testibus corruptis. Rn̄det Hosti. ubi supra ꝙ si per dictū ipoꝝ falsum aliqua partiū amiserit cām suā tenetur ad restitutionē faciēdā ei qui dānificat9 ē ar. i7. q. 4. si quis ī atrio. ff. de calū. l. generaliter. §. illud. i. q. i. iubemus. Si autē recepit ꝓpter testimoniū ueꝝ ferendū tenet̄ hoc paupibus erogare. nam & uenalia testimonia sicut & iudicia uenalia ꝓhibentur q̄uis testis expensas suas moderatas recipe possit. Concor. Monal. in sum. ī uerbo restitutio & in uerbo testis dicēs. ꝙ testis falsum dicens preter penā falsi tenetur in iudicio aīe ad oē interesse parti q̄ suo testīonio lesit ar. extra de testi. sicut et Ric. i. 4. di. i5. dicit ꝙ testi nō licet uēdere testimoniū: quia quilibet īterrogatus loco et tēpore tenetur testimoniū ueritati perhibere: aliter ē symoniac9 si recipit aliquid pro ueritate dicenda. Sed aduocat9 pōt uendere patrociniū suum et iurisperitus cōsiliū quādo a iudice uel a curia nō recipiūt salarium suū ꝓ quo ad ista adhibenda teneātur nec pōt dici ꝙ isti uēdāt iustitiā et ueritatem: sed laborē suum et sollicitudinē. Alexan. uero dicit ꝙ solum ē symonia facere testimoniū ꝓ pecunia in cāis eccl̄iasticis ī aliis uero graue peccatum. iii

Vtꝝ testis possit recipe sumptus necessarios. Rn̄det Alex. de ales in 3. tractatu iudicialiū p̄ceptoꝝ. ꝙ aliud ē ꝓ testificatōne mun9 accipe aliud sumptus necessarios ꝑcipere. Primū eni nephas ē et priuatio ueritatis. Vnde Grego. Si spes muneris subtrahitur cōfestim a confessione iustitie recedūt. Vnde dicit̄ de iusto. qui excutit man9 suas ii2

ab omni munere ille ī excelsis habitat. Et idem de iudice.iꝗ.q.5. nō sane. Vnde Beda super Marcuꝫ. Abiit Iudas ad summos sacerdotes & cōstituerūt illi pecuniā dare. dicit cū ꝓ muneribus falsum cōtra quēlibet testimoniū dicunt quia ꝑfecto ueritateꝫ ꝓ pecunia negāt quasi dn̄m ꝓ pecuīa uendūt.Ipse enī dixit. Ego sum ueritas Secūdū uero licitū ē.s.sumpt9 necessarios precipue ī p̄dicto caū cū oꝫ ad locū remotū ꝓ testimonio ferēdo ꝓcedere. Nemo enī tenet̄ ꝓpriis sumptibus militare.Et iō dicitur ī decretis.ꝗ.q.3.c.uenturis &.2.q.3.nō licet. Per quos fuerīt postulati sumptus cōpetētes ministrētur.Et si ī pecuniaria cā sint testes ab altera parte ꝓducendi sumptus dico in eundo stando & redeundo.C.de testibus.l.quoniam & notat glo.in.c.statutum.§.si de rescriptis.l.6.Immo ne dū sumpt9 sed etiā mercedem dieꝝ quib9 stetit occupatus ꝓ testimonio redēdo & amisit opas suas debet habere.ut notat Ia. butrigari9 in.l.si quādo.C.de testib9 ubi dicit̄. Nō oꝫ ꝓ alienis cōmodis suas īuenire difficultates.

iiꝫ ¶ Sed cui reddet testis pecuniā quam accepit ut testimonium ferret Rn̄det Monal. ꝯm quosdam nō restitui ei qa dedit:quī uidet̄ testē corrumpere uoluisse ar.ff.de condic.ob turpē cām.l.2. Et alii dicunt cōtra si nō dedit eo aīo ut testem corrūperet.sed ut sibi iustitia obꝯuetur ar.iꝗ.q.5.nō sane.extra de symo.dilectus.

iiꝗ ¶ Vtꝝ testis qui noluit maīfestare ueritatē ꝓpter ꝙ ps dānū īcurrit teneat̄ ad restitutionē.uide ubi supra.§.ꝗo.

¶ De extorquentibus elymosinas per mēdacium uł ipocrisim.

iis Vtꝝ qui simulatione religionis aliqd acquirit sicut facit Ipocrita teneatur ad restitutionē. Rn̄det Alex.de ales in.ꝗ.ī tractatu restitutōnū ꝙ sic:rō huius ē quod ille qui dat aliqd ipocrite quē estimat bonū & religiosum nō dat per se loquēdo ipocrite sed īterp̄tatur uiro religioso. Vnde nō trāsfert̄ dn̄ium rei date ad ipocritā. Vnde ipocrita nō ē possessor iust9 rei date:sꝫ usurpatie & iuito dn̄o.ergo rei aliene cōtractor ē ꝓpter qđ tenet̄ ad restitutionē. Nō obstat qđ ille cui cōfert̄ p̄bēda ab ep̄o qui credit̄ eē bon9 licet nō sit nō teneatur ad restitutionē.quia rn̄det idē ꝙ n̄ ē simile quia licet ille qui cōfert illi prebēdam credat illū eē castū tamē ille cui cōfertur fraudem nłlam cōmittit ꝓpter q̄ illi cōfertur qa ille n̄ simulat se castū tali intētione. Vnde lꝫ ingrediēs sit malus ut puta fornicator licitus ē īgressus ī prebēdā:un̄ nō tenetur restituere sed acquirens aliquid p ipocrisim tenetur quia īgrediens ē uitiosus & uitiosus ingressus qa fraude & dolo ingreditur sꝫ si ingrederet̄ ꝓpter

fornicationē ſicut ſi epus matrē uł ſororē clerici cognoſceret & ob hoc ei daret: tenetur clericus reſignare cognita ueritate. Vtrum ſi diues mentiendo ſe paupē acquirat aliqd teneatur ad reſtitutōnē Rndet idem Alex. ubi ſupra ꝙ tenetur ad reſtitutionē ei9 qđ per ſimulatōnē acquiſiuit: ſed nō tenetur reſtituere ei a quo accepit qa ille meritum habet apud deū qui dedit ītuitu pietatis & pauptatis ſed tenetur dare pauperibus quib9 ille dediſſet ſi nō erraſſet ſi 9ſtet illi qui ſunt. Non obſtat de Iacob. qui ſubſtulit primo genita. Eſau fraudulēter qa Rndet idē Alex. ubi ſupra ꝙ nō fuit iſta fraudulētia ſonans in malū. Licuit enī Iacob ſubripe prio genita Eſau tāq̄ uio/lēto poſſeſſori. quia dn̄s 9tulerat priogenita Iacob qđ ītellexit Iſaac 9firmādo bn̄dictionē dicens & eris benedict9.

Quid de mēdicātibus ualidis qui fingūt ſe īfirmos & ſicut dicit glo. in. l. i. ć mēdi. ua. li. ii. poſſunt fingere cū herbis & aliis medicamētis deformitates mēbroꝝ & egritudines corpoꝝ. Rndet dn̄s Io. de pla. ꝙ inſpicienda ē conditio eoꝝ ut ſi eis fuerit corporuꝫ ītegritas & annoꝝ robuſtas eoꝝ inertia ſine ulla miſeratione puiatur hoc mō Vt ſi fuerit ſui ſubdūtur dominio accuſatoris: ſi uero liberi efficiūt ei9 coloni aſcripticii & hoc quādo fingunt īfirmitatem. Sed quādo ē ualidus & nullam fingit infirmitatē tunc ſi ē forēſis expellitur & ad ſuas remittitur partes ſi autem ē de urbe debet 9pelli ad opa & artes & exercitia publica opanda. ut dicta. l. i. & in auctētica de qōne. §. ſi uero iuris colla. 6. Nam ut dicit ibi glo. cum ſint robuſti & ſani auferunt panem uere debilibus & infirmis & p 9ſequens tenentur ad reſtitutionē. Eſurienti enī panis uiriliter tollitur ut eius inertia cohibeatur. 5. q. 5. non omnis. & ut dicit glo. ſup Math. Iuſti9 feceris ſi iniuſte petentem correxeris quā ſi ei quid dederis. Vnde ć 9di/tionibus elymoſine ē glo. 86. di. nō ſatis & in. c. qeſcam9. q. 2. di. Siliť puniūtur hoſpitalarii ſancti Io. qui mittunt laicos & illiteratos pro queſtis & falſi queſtuarii. ut in. c. tuaꝝ extra de priui. ubi dicit tex. Veruꝫ quia priuilegiū meretur amittere qui permiſſa ſibi abutitur ptāte fraternitati tue mandam9 quatin9 ſi quos clericos aut laicos a dictis fratribus ꝓ colligendis elimoſinis cruce falſe ſignatos īueneris hs a quibus ipōs miſſos eſſe cōſtiterit per totā ꝓuinciā exhortatōis officium interdicas: ſi laici fuerint excoīcationis mucrone pcellas ſi clerici officio beneficioq; ſuſpendas nullo ꝓrſus priuilegii bn̄ficio ł apoſtolico remedio pualēte. Et in cle. de peni. & remiſſi. dicitur Ab/uſionibus quas nōnulli elymoſinaꝝ queſtores in ſuis ꝓponūt predi/cationibus: ut ſimplices decipiant & aurum ſubtili uel fallaci potius ingenio extorqueāt: ab eiſdē aīaꝝ cedat piculū & ſcandalū plimoꝝ

ii6

uiaꝫ ꝓut ē possibile precludere cupiētes iuxta statutū ꝯsilii generalꝰ duximus ꝓhibendū districte ne questores aliqui nisi apostolicas uel dyocesani ep̄i litteras exhibuerint quōlibet admittātur nec ꝑmittāt cum solum ip̄is cōputat indulgentias sibi cōcessas insinuare populo & caritatiua subsidia postulare simpliciter ab eodē populo nlꝰ aten⁹ ip̄i populo predicare nec aliquid exponere quā q̄ in l̄ris continetur supradictas litteras quoq̄ʒ apostolicas diocesani ep̄i ne quid fraudis cōmitti ualeat ꝑ easdēꝫ anteq̄ admittanſ questores ipsos examinēt diligenter. Ad hoc cū aliqui ex hui⁹modi questoribus sicut ad nr̄aꝫ audientiam ē ꝓlatum nō solum multa temeritate audacia & deceptione multiplici aīaꝝ īdulgētias populo motu suo ꝓprio defacto cōcedāt. super uotis dispensant a piuriis & homicidiis & aliis peccatis sibi cōfitentis absoluant male ablata incerta data sibi aliqua pecuīe q̄titate remittant tertiam uꝰ quartā partē aliis de penitētiis īiūctis relaxent aīas tres uꝰ plures parentū uel amicoꝝ illoꝝ q elymosinas eis cōferunt de purgatorio ut asserunt mendaciter & abstrahunt & ad gaudia paradisi perducūt. benefactorib⁹ locoꝝ quoruꝫ questores existunt remissionē plenariā oīum peccatoruꝫ indulgeant & aliqui ex ipsis eos a pena & culpa ut eoꝝ uerbis utamur absoluāt Nos ab usus hui⁹modi ꝑ quos censura uilescit ecclesiastica & clauiū eccꝰie auctoritas deducitur ī cōtēptuꝫ oīmode abolere uolētes ea ꝑ quosq̄ʒ questores fieri uꝰ attentari de cetero distincti⁹ iubemus omnia & singula priuilegia si qua super premissis uꝰ eoꝝ aliquo sint aliquib⁹ locis & ordinibus uel ꝑsonis questoꝝ hui⁹mōi quōcunq̄ʒ concessa ne ipsoꝝ pretextu sit eis materia talia ulteri⁹ presumendi auctoritate apostolica q̄tum ad p̄remissa penitus reuocātes. Questores aūt qui deinceps in premissis uꝰ aliquo premissoꝝ deliquerit uel aliis etiam quibuscūq̄ʒ suis priuilegiis abusi fuerint sic ꝑ locoꝝ episcopos puniri uolum⁹ nullo ꝓrsus priuilegio ī hac parte suffragāte. Et in. c. cū ex eo de senten. exco. dicitur. Qui aūt querēdas elymosinas destinātur modesti sint & discreti nec ī tabernis aut aliis locis īcōgruis hospitentur nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas cauētes oīo ne false religionis habitū gestēt.

LITTERA. QVAM DEBET HABERE HOSPITALE SANCTI IOANNIS.

ITem ibi exprimitur forma litteraꝝ quā debent habere ab episcopis. s. talis. Quoniā ut ait apostol⁹ oēs stabimus ante tribunal cristi recep̄ti ꝓut ī corpe gessim⁹ siue bonū fuerit siue malum oꝫ nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternoꝝ intuitus seminare in terris quo reddēte dn̄o

cū multiplicato fructu recoligere debem9 incelis firmā spem fidu/
ciāq₃ tenētes.quoniā qui parce seminat parce & metet & q semiat
in benedictionibus de bn̄dictionibus & metet uitā eternā.Cū igitur
ad sustētationē fratꝝ & egenoꝝ ad tale cōsuetiū hospitale ꝑprie
n̄ suppetāt facultates.uniuersitatē uestrā monem9 & exhortamur ī
dn̄o atq₃ in remissionē iniungim9 uobis peccatoꝝ quatinus de bonis
uobis a deo collatis pias elimosinas & grata eis caritatis subsidia e/
rogetis ut p subuētionē uestrā ipoꝝ inopie consulatur & uos p hec
& alia bona que domino inspirante feceritis ad eterna possitis gau/
dia peruenire.

¶ De restitutione facientiū elimosinas de alieno.

QVid de datis p ipocrisim & primo an facientes elymosinā₃ ii7
de alieno cōmittāt furtū.Rn̄det Alex. de ales ī.3. ī tractatu
noni precepti q̄ sic & ꝓhibetur per illud preceptū.Vtrum
monacus ul' alius religiosus possit facere elymosinā.Rn̄det Hostiē.
in sum.in ti.de peni.§.quibus uer.quid de faciētib9.Videtur q̄ non
quia n̄ uolūtatē nec ꝓpriū h₃.12.q.i. nolo &.c.nō dicatis.Et hoc ueꝝ
ē de puro claustrali nullā admīstrationē ul' nullū officiū habēte nisi
hoc faceret de licentia abbatis de reb9 coībus.16.q.i. placuit.c.mo/
naci de postu.c.ex parte de cōsecratione di.5.nō oport₃ l' nisi uideat
hoīem ad mortē esuriētē tunc enī hoc pōt facere de licētia summi
abbatis.i.dei.88.di.pasce &.c. nō satis qa ī tali caū oīa sunt coīa.47
di.sicut hi.nō obstante etiā cōtradictione abbatis īferioris.ii.q.3. qui
resistit.8.di.que cōtra mores Si uero admīstrationē habet tunc nō
solū pōt:sed debet quicquid supē pauperibus erogare.ii.q.i. quia tua
in fi.&.c.auꝝ.86.di.nō satis.47.di.sicut hi.16.q.i.quoniā q̄cquid. S₃
quid si religiosus accedat in scholis ul' aliter ī pegrinatōē uadit de
licentia abbatis:nūquid pōt facere elymosinas.Rn̄det idē ubi supra
dicas q̄ sic. quia eo ipo q̄ abbas licētiauit ipm uidetur cōcessisse q̄
faciat oīa bona que hōesti scholares & peregrini facere ꝯsueuerūt
ar.ff.de procura.l.ad rem mobilem &.l.ad legatum de offi. dele.pre
terea.ff.de iureiuran.l.2.ff.de iudi.l.si lōgius:ita tamen quod mode/
rate hoc faciat.

¶ Quid de uxore nūquid sine licētia uiri pōt elymosinā facere.Rn̄det ii8
Hosti.ubi supra q̄ si habet res parafrenales & ꝓprias preter dote₃
pōt inde facere elymosinā etiā uiro inuito.C.de pac.conuen.l.hac.l.
Sed & de quibusdam rebus uiri.s.de pane & uino & similib9 q̄ bono
& approbato more ꝯsueuerunt ad dispensationē uxoris pertinere
pōt tēpate dare ꝓ deo formās sibi ꝯsciētiam q̄ marit9 debeat hoc
gratum habere licet forte hoc ꝓhibuerit aliquādo maritus. Solent

enī mariti ꝓhibere talia ad terrorē & sic ut si nō in toto tñ tēperꝫ se a tanto. pōt etiā sibi formare cōscientiā ex qualitate pauperis de quo credit ꝙ si maritus eum uideret ei porrigeret. ar. insti. đ obli. que ex delicto nas. §. placuit: sed & de licentia uiri hoc pōt & debet facere īdistincte. Si autē modis oībꝰ credit ꝙ marito displiceret si daret nec pōt suā cōscientiā formare tunc doleat: quia dare nō pōt. Nullatenus tamen det cum scandalo mariti. Sic intellige. 33. q. 5. ꝙ deo. Et hoc ē ueꝝ nisi uiderit pauperē fame morīētem. tunc enīꝫ posset elymosinā facere de licētia summi sponsi sicut dixi supra de monaco. Et nota ꝙ sicut de rebus mariti nō possunt uxores dare eli mosinā: sic nec de rebꝰ dotalibus quaꝝ dñs ē maritus. C. de rei uēdi. l. dote &. C. de iu. do. l. in rebus. Item caueāt uxores a mēdacio scꝫ ne cum dederint mētiātur dicētes se nō dedisse forte ꝓpt metū uiroꝝ ne ī tēporalē etnā quā meruerant retributio cōmutet. sicut legitur đ obstitricibꝰ. 22. q. 2. si qualibet.

iiꝰ ¶ Quid đ filiofamilias. Rñdet idem ubi supra ꝙ đ castrensi & quasi castrensi peculio pōt facere elymosinā. Nam quātum ad illđ pater familias censetur. ff. ad mace. l. i. §. fi. &. l. 2. C. đ ino. testa. l. fi. De ad uenticio autē & ꝓfecticio q̄uis primū suū fit quo ad ꝓprietatatem s̄m uero quo ad spē successoris & sic intellige ꝙ qđāmō dñs rerum paternaꝝ etiā uiuēte patre ītelligit insti. de reꝝ quali. de differētia §. sed & sui nō pōt nec debet facere elymosinā nisi sicut supra dixi đ uxore & monaco & aliis casibus in quibus potest alit donare quos notaui de dona. §. quis possit uer. ꝙ dixi. Qui caūs sunt quatuor scꝫ si iusta rōne motus cā mortis donet si habet peculiū castrense ł quasi si hꝫ liberam admīstaationē peculii ꝓfecticii & hoc ipm specialiter ei cōcessum sit. Item ubi ē filius comitis uł marchionis uł senatoris aliter nō: q̄tūcūq͛ magnus sit & discretus. ff. de dona. l. filius fa. ī pri.

4 Quero pone ꝙ aliquis habẽs pecuniã specialẽ q̃ timet tp̃e futuro minorandã suo pretio ꝯm statuta legis positiue uel dñi terre: & iõ ꝓpter hui⁹modi timorẽ ñ uult dare pecuniã mutuo nisi reddatur sibi in equali pretio in quo est tẽpore mutui. uerbi grã aliquis habʒ sterlingos qui nunc ualent quatuor turonẽses & timet ne p̃ aucto ritatẽ dñi in futuro tẽpore minuant̃ ĩ pretio & sint tantũ ualituri tres parisienses ꝓpter quã causaʒ facto mutuo & diminuto pretio cõsequenti tp̃e nõ uult recipere tot sterlingos numero quot dedit tẽpore mutui: sed ꝯm pretiũ turonẽsiũ cuius erant tẽpore mutui. Queritur ergo utrum hoc liceat Rñdʒ idem Alex. ꝙ uidet̃ multis ꝙ nõ aliis autẽ ꝙ sic. quia aliud est in mutuo sperare lucꝝ aliud ẽ uitare damnũ. Primũ nõ potest fieri sine iniura dei quia hoc ꝓhi/buit nec sine iniuria ꝓximi cui gratis debuit fieri mutuum. Qui ãt uitat damnũ deo iniuriam nõ facit cum hoc nulla lege ꝓhibeat̃ nʒ ꝓximo fit ĩiuria qa nõ ledit ꝓximũ. quia uitat damnũ suũ ĩ ꝓpoĩto ãt mutuãs magis querit uitare damnuʒ suum quã habere lucrum. Debitor autem minus nihil accipit tẽpore mutuatõis quã reddere teneatur. Nec erat uerisil̃e pecuniã esse minus ualiturã q̃ ualebat tẽpore mutui. quia uillificatio hui⁹ pecuĩe nõ accidit rõne dilatõis temporis: sed ex uoluntate legis latoris.

5 Quero pone ꝙ deposui pecuniã apud cãpsorem siñ aliquo pacto q campsor cum dicta pecuĩa multũ fuit lucratus & soluit mihi pecu niam. ponam⁹. io. ꝓ cẽtenario mõ queritur utꝝ ista sit uſa. Dicunt quidã ꝙ aut deposui sub spe ipsi⁹ remunerationis & tunc ẽ usura: sec⁹ si simpliciter. Et in hoc statur dicto meo quia ẽ q̃stio de con scia. Tu dic ꝙ aut deposui in specie & tunc qa ipse illicite usus est pecunia deposita omne lucꝝ inde ꝓueniens debet mihi restituere

quia locupletior ex re mea factus est.ar.ff.de nego.gest.l.qui sine usuris. Aut usus est licite quia deposuerā ad numeꝝ & tunc si aīo liberali & sciens se nō teneri soluit: potero retinere id cum bona ꝯscientia quia ē mera donatō. Aut soluit credēs se teneri ex quadā equitate que sepe mouet creditores mercatores ad remunerandū & idē quod supra ē. Aut credebat se teneri ex iure necessitatis cuȝ nō teneretur: & tunc dico ꝙ licite recipio si non habui a principio animū fenerandi alias secus. Nā obligatio antidotaris iustam parit retentionē per errorē soluti.ut.ff.de fideius.l.Si testator.§.i. Nisi esset error facti:ut quia putabat p suū ꝓcuratorē esse p missuȝ cuȝ nō esset:tunc enī nec de iure iudiciali nec de conscientiali retinere possuȝ.Hec Bal.in.l.i.C.pro socio.

¶Quero pone recipit quis pecuniā ultra mare uehendā & ibi reddē- 6
dā certo pretio ꝯstituto an sit usura.Rn̄dȝ dn̄s Lau.q.25.ſm Inno. in.c.fi.de u.ſis ꝙ nō:siue in se recipiat periculū siue nō. Est enī lo/catio opaꝝ siue custodie.ut.ff.loca.l.In naue saufelli. Idē Hosti. tenet qui allegat.ff.nau.cau.sta.l.Et ita fatetur: tn̄ Inno.ꝙ ubi non acciperet pretiū tantū ut portet sȝ negotiatori mutuo dat ut ī illa negotietur tunc est usura:quia pecunie nullꝰ ē usꝰ uł utilitas si re/tineatur in archa nec deteriorat̄ utendo.88.di.eiciens. Vide ibidē per Io.an.& per Hosti.in sum.de usuris.§. An aliquo uer.sȝ nūquid & in glo.in dicto.c.fi.

¶Quero cāpsor cābiendo uł ꝑmutādo recipit unū denariū ꝓ floreno 7
& in distanti loco facit pecuniā numerari & ego hic do an sit u.ſa. Rn̄det dn̄s Laur. uidetur ꝙ sic:quia querit fructū de pecunia que nō parit. In cōtrariū facit quia nō ē mutuū sed mutuatū ad instar uenditionis.Itē qui in loco distanti pecuniā numerari facit suscipit in se periculum. Hanc questionē forat Io.de ligna.in.c.fi.de u.ſis: & ibi post multa dicit ꝙ non uidetur bene excusabilis nisi attento intereē:qa attēto subiecto pecuia inuēdibilis: quia nulla reꝝ esti/matio.ff.de fideius.l. Si ita nisi ꝓpter cursuȝ monete. Cōcludit fi/naliter ꝙ ubi plus recipit nō ē bene tutꝰ in ꝯscia. Hic aduertendū si ueꝝ foret huiꝰmōi cābia nō esse licita multi dānarent̄. Et iō ego puto licita esse dū tn̄ debito modo celebrentur. Et dico ꝙ hic non iteruenit mutuū: uñ u.ſa nō potest dici nec intuenit aliqd qđ ꝯtra ꝯsciētiā edificet:uñ dico ꝙ ī prio casu si tibi cābio florenū & dādo tibi florenū aureū recipis monetā uel ecōtra & in utroq; casu uolo unū denariuȝ ueri ualoris iā nō illud uolo quia tibi uendā pecuniaȝ que ē īuēdibilis.Et firmauit Archi.iꝗ.q.i.Nec ad pecuniā respectū habeo:sed ad interesse meuȝ rōe laboris opaꝝ pensionuȝ fictoꝝ q̄

sub eo huiusmodi artē exercendo iā nō teneor incassu3 laborare in utilitatē alioꝝ. Nā laboris itineris & expēsaꝝ habēda est rō extra de uoto.c.Magne bn̄ faciūt notata p Io.an.p9 Hosti.in.c.Cōqstus ut per eū in sum.de usuris.§. An aliquo uer.i3. Et ista uidetur etiā fuisse intētio ipsius Io.de ligna.licet satis ɔfuse loquatur

8 ¶Quid de cāpsore qui accipit aliqd ut pecuniā q̄ sibi hic soluo faciat eā alibi in loco distāti numerari.Rn̄det idē ubi supra dicebat Io.de ligna.hoc casu cursus monete opatur excess9 in ualorē ſm locorū diuersitatē. Pl9.n.ual3 floren9 florētie q̄ alibi & plus ducat9 roān9 rome q̄ alibi & sic de singulis.Est eteni alia ratio sc3 periculi. Nō ergo uenditur pecūia que ē inuēdibilis sed tantū hic soluitur q̄tū ibi numeratur.Nā tantū ualet un9 floren9 cū uno denario hic q̄tū ibi sine denario. Hoc ēt operat̄ monetaꝝ diuersitas quōcūq;. Tātū enī ualent uenetiis centū ducati q̄tu3 florētie cētū.6. floreni aliqn̄ pl9 aliquādo min9 nō ergo plus soluitur sed tantūdē. Itē si aliquid plus ualeat illud plus ɔputabit̄ rōne periculi & ut subueniat̄ salariis mistroꝝ & pēsionū & ut nō frustra opas ponat & sudorē ī alioru3 utilitatē. Quid sit restituendu3 .c.8.

i USVRA.Octauo q̄ūt ad restitutōnē.s.quid restituendū sit Vtꝝ quis teneat̄ ad restitutōnē usuraꝝ Respōdet Alex.de alexan in suo tractatu aduertēdū q̄ eoꝝ q̄ acquirunt̄ cu3 peccato quedā sunt in quibus nō trāsfertur dn̄ium & quedā sunt ī quib9 trāsfert̄.In primo casu necessaria ē restitutio quia peccatum nō remittit̄ nisi restituatur ablatum.i4.q.6.Et ē uerbu3 bti Aug. ad Macedo. Si res aliena ꝓpt̄ quam ē peccatum reddi possit & nō redditur pn̄ia nō agitur sed simulatur.Si autē ueraciter agitur nō remittit̄ peccatū nisi restituatur ablatū. Talia sunt q̄ acqruntur p furtum extra de fur.Si quis &.c.litteris & que acquirūt p usuram extra de usuris.c.Tua nos &.c.Cōsuluit. Et que acquiruntur per rapinā extra de rapto.c.i.& c.ī litteris.Et q̄ acquiruntur per simoniā extra de simōia.c. ueniēs ad uos. In scd̄o autē casu.s.qn̄ trāsfertur dn̄iū nō ē necessaria restitutio oīu3. Inducēdi sunt tn̄ hoīes qui sic accipiunt ut inde faciant bonas & largas elimosinas.Et talia sunt q̄ acquiruntur per illicitas negotiatōes quādo negociatio ē illicita ex parte persone puta cū cleric9 uel monach9 negotiatur q negociari nō debent uel quādo ē illicita ex parte modi ut cu3 qs negociat̄ cū periuriis & mēdaciis sec9 si negociatio esset illicita ex parte ɔtractus ut puta q̄ uēditio fit in fraudē usuraꝝ quia tunc est īdirectum mutuum & tenetur quis ad restitutionē.

¶ Vtrum quis teneatur restituere rē eādem numero. Rn̄det idē Alex. 2
ubi supra q aliter ē in furto & in rapina q̄ in usura. Nā aliquo mō ē
uoluntarium in usura: licet sit uoluntarium mixtū. In rapina autē &
furto ē simpliciter inuoluntariū ꝓpter quod equus furatus iure poli.
semper ē restituendus: idem numero ī cuiuscūq manus trāsierit: n̄
sic autē ē de equo accepto per usuram sed sufficit q fiat restitutō
pretii. Duplex autē est rō. Prima qa illud qd accipitur ultra sortē
in usura nō ē simpliciter uiolentū nec peruiz factā dn̄o rei: nec ē oio
inuoluntarium. Quod autē accipitur in rapina & furto accipit per
uiolentiam & cōtra uoluntatē dn̄i. Secunda rō ē quia usura ē ī cō-
tractu mutui. In mutuo āt nō est necesse q q accipit mutuo reddat
mutuanti idē numero: sed sufficit q reddat equale in pretio. Et eo
dem modo uidetur esse dicendū ī excrescentia que accidit ratione
mutui: quia nō est necesse q restituens lucrum restituat idē numero
sz sufficit q reddat equalēs ī ptio. Concor. Hosti. in sum. li. 3. ti. q.
¶ Vtrum sufficit q quis restituat nō pluſq̄ accepit cū dicatur exo. 22. 3
Si quis furatus fuerit bouē aut ouem aut occiderit aut uēdiderit ꝓ
uno. 5. uel. 4. oues ꝓ una Itē Luc. 19. dixit Zacheus. Si quē fraudaui
reddo quadruplū. Rn̄det idem alex. ubi supra q sufficit q quis re-
stituat tantum q̄tum accepit: quia sic restituendo reducitur quod
īiuste actum est ad equalitatem. Leges āt predicte nō obligāt post
xp̄i aduentū: quia cerimonialia & iudicialia non obligant post xp̄i
ad uentū: licet possz statui a iudice ꝓ bono coī. Et ideo dicit q alit
ē in usura q̄ in furto & rapina. Vsura enī dicit actionē uiolentā nec
qcquid factum ē iniuriam ꝓximi. Et ideo solū uidetur dicere q̄daz
inequalitatem ex parte rei accepte que nō pōt accipi rōe mutui cū
debeat esse gratuitum ꝓpter quod ad equalitatez faciendā sufficit
q fiat restitutio rei ita q tantū restituat q̄tum accepit. Rapina
āt & furtum magis dicunt uiolentiam que reprimenda ē p penaz
& ideo si a iudice ꝯdēnetur raptor uel fur tenetur plus restituere q̄
accepit. Non sic ē ante quaz sit ꝯdemnatus Illud ergo plus ad qd
iste tenetur est qd per modū pene infligende raptori uel furi: & n̄
quia quis illud reddere teneatur quia raptor uel fur teneretur qd
falsum est.
¶ Vtrum homo teneatur restituere ea q̄ legitima mercatione lucratus 4
ē de bōis que ipse & eius pater acquisierant per usuraz. Rn̄det alex.
ubi supra post duas opiniones prius recitatas quas non tenet etiam
Ric. Alii distingunt tam in rapina q̄ in furto dicentes q rerum q̄dā
sunt quarum usus earum nō ē cōsumptio sicut res q̄ habent usumfructū
de se sicut ager uinea uel domus: & in talibus restituende sunt ne dum

res sed etiã ꝓuent⁹.In hoc tamen differt u≈ari⁹ a raptore ≈m quos
dam quia usurarius potest deducere expensas & forte operas suas
moderatas:nõ sic ãt fur uł latro ut mitius agatur in hoc cũ u≈ario
q̃ cũ fure & raptore: quia fur & latro nõ deducũt expẽsas nꝫ opas
suas:licet alii hoc intelligant in foro iudiciali.In foro ãt cõscieẽtie
dicunc etiã furem & latronem posse deducere: qa iniquũ ẽ aliquẽ
locupletari cũ damno alteri⁹ p⁹q̃ ei plene de damno ẽ satisfactum
Quedam ãt sunt alie res que nõ habent usumfructũ sicut pecunia
& in talib⁹ nõ tenetur qs restituere ꝓuentũ ꝓpeueniẽtẽ ex tali re
cui⁹ ratio ẽ quia talis res ex natura sua nõ habet ꝓuentũ sꝫ ꝓuẽt⁹
ẽ ex industria uł solerta humana ꝓpter quod lucrum ꝓueniens ex
tali industria fit illi⁹ qui lucratur: & hoc si iuste negociatᷣ uł iuste
emat aliqd:unde si aliquis ex pecunia u≈aria negotiat⁹ ẽ & lucrat⁹
& inde emit predium & fruct⁹ percipit nec lucrum nec hui⁹modi
fructus tenetur restituere:& hoc quia totũ lucrum ẽ ex industria
opantis : & idem dicendũ de lucro quod habetᷣ ex pecunia furtiua
uel rapta per negociationẽ aut ꝑ ẽptionẽ predii & fructuum eius.
Sec⁹ ãt ẽ in re q̃ habet usumfructũ: unde si quis usurari⁹ ꝑ usuraꝫ
extorsisset agꝛ uel uineã nõ solũ tenetur restituere rem sed etiã
fruct⁹ pceptos ex talibus rebus.& multomagis ad hoc tenetur fur
uel raptor & hoc quia sunt fructus reꝛ quaꝛ alius ẽ dñs . Fructus
ãt pecunie nõ ẽ ex natura rei:sed ex industria & labore . Licet ãt
usurarius non fit uer⁹ dñs pecunie quã accepit per u≈aꝫ : tamẽ ẽ
dñs laboris . Nõ obstat extra de usuris.c.Cũ tu manifestos in fine
ubi dicitur ꝙ possessiones ẽpte de usuris uendi debent & ipsarum
pretia his a quibus sunt extorte u≈e eadẽ ratõne quicquid de u≈a-
ria pecunia emitur restitui debet:qa rñdet Alex. notabiliter quia
decretalis dicit ꝙ possessiones uendanᷣ & nõ restituanᷣquasi dicat
ꝙ bona usurarii omnia sunt obligata illis a qbus u≈e sunt extorte
& ideo si usurari⁹ ẽ nõ soluendo oportet tales possessiones uendi.
ut fiat restitutõ nõ ãt oportet ipsas possessiones restitui quia forte
ualent pl⁹ q̃ requireret restitutio.Concor. Ric.in.ꝗ. di.ꝯ: ar.ul.q.
.6.& Tho.& Rodonensis & Astensis li.ꝫ.ti.ꝗo. Concor.ẽt Hosti.
dicẽs ꝙ u≈ari⁹ tenetur ad restituendũ usuras & intereẽ debitoris
in quo quidẽ damnũ & lucꝛ suũ ẽ ꝯputãdũ per tex.ff. de eo quod
cer.lo.l.ꝫ.§.pełt.in fi.& nõ placet ei interpretatio quam Ray. pro
u≈ario facit consulens ꝙ u≈arius p⁹q̃ satisfecerit de usuris petat a
debitore ueniam ad cautelam quia forte tenetᷣ ei ampli⁹ aliquid ei
restituere ꝑ intereẽ aliquo & damno. Non uult eni Hosti.ꝙ de-
bitor ultra suũ itereẽ possit lucꝛ petere:quia hoc eẽt suũ repetere

cū usuris. Idē ēt dicendū ꝯm Rodol. de lucro habito de re furtiua uel rapta per negotiationē uel cōpationē redditus uł predii factā de re huiꝰmodi furtiua uel rapta.

¶Sed quid fiat si tales possessiones deueniant ad alteriꝰ manꝰ. Rñdet Alex. unaa cum glo. in dicto. c. Cum tu. extra de usuris. ꝙ si pdicte possessiones perueniāt ad manꝰ alteriꝰ ex causa lucratiua & usurarius non ē soluendo uendi debent & restitui eaꝝ pretia & hoc ad quecūqꝫ deueniant res de pecūia usaria empta secus si emisset rē uel ex alia causa onerosa adeptus eēt ab usario bona fide ñ credēs forte eum usurarium uel credens rem illam non eē emptam dł pecunia usuraria uel credens ipsum usurariū aliter habere unde possit reddere usuras. 5

¶Vtꝝ usurariꝰ teneatur ad dānū qđ incurrit ille a quo usas extorsit Rñdet Ric. in distincte. ꝙ sic ubi supra. Alex. uero de ales dicit ꝙ quis dānificatur duobꝰ modis. Vno mō cū sibi aufertur id qđ actu habet & tale damnū semper est restituendū: ut si quis dānificaret aliquē dirruens domū eius tenetur restituere tantum quantū ualꝫ domꝰ eiꝰ. Secūdo modo quis dānificat aliquē nō ꝙ auferat sibi qđ habet sed quia impedit eū ne habeat qđ erat ī uia habendi. Et tał sic dānificans nō tenetur ad restitutionē ex equo. quia minꝰ ē hře īpotētiā & eē in uia ad habendū q̄ habere in actu. Dānificās autē in minori nō tenet̄ restituere plus quia sic restitutū non ē simpluꝫ sed multiplicatum: & ideo quia damnificat hoīem in agro semiato puta effodiendo semina non tenetur restituere totū pretium seu ualorē messis future: quia nondū fuit habita nisi īpotentia. Eodem modo si quis detinet pecuniā creditoris ultra terminū prefixū non tenetur restituere totū lucruꝫ qđ posset fieri de illa pecunia quia tale lucꝝ causale ē quia forte mercator īde perdet. Alio mō dicūt sic alii quod in restitutione facienda duo sunt attendenda :s. ualor rei que ablata ē uel equiualens Secundo ꝯsiderandum ē dānum qđ illatum ē in iniuriam passo. Et de hoc notandum est ꝙ hoc dānum aliquando illatum ē primo & pse & directe & tunc in ferēs dānuꝫ tenetur restituere. Verbi gratia si aliquis passus dānuꝫ pro pecūia sibi ablata in hoc quod uolebat emere sibi necessaria ad uitaꝫ siue soluere ēpta uł debita & ideo in exspoliatione talis pecūie īcurrit dānuꝫ puta qa euꝫ oportuit uēdere possessiones sibi utiles ł recipe pecuniā mutuo & forte ad usuraꝫ ī tali casu tenetur qs restituere dānuꝫ. Alio mō infert̄ dānuꝫ paccidēs tātuꝫ ut puta qa qs ñ ꝯsecutꝰ ē lucꝝ qđ intendebat ex pecunia & tale dānum non tenetur restituere quia pecūia đ nata sua nō habꝫ partum. Secꝰ tamē ē ꝯm 6

iſtos in rebus que ex ſua natã & ſcḋm morã tẽporis augeri poſſunt & decreſcere ſcḋm ꝙ ſunt aĩalia quia talia de ſe habent partũ: & iõ ſpoliator tenetur reſtituere pretiuȝ ipſaꝝ reꝝ quod ualiture erãt tp̃re quo reſtitutio fit. Hoc tñ ẽ dubiũ utꝝ ſpoliator ad hoc tene atur quia res nõdũ habita erat ſed habẽda. Scḋm hoc ergo ſuppo/ ſito caſu ꝙ fur furatus eſt pullum equũ uel uituluȝ quẽ uerus dñs conſeruaturꝰ erat uſqȝ ad annos pfecti ualoris fur ſtatiȝ uendidit & liberauit ſe a furto fur autẽ nõ ſolũ ad ualorẽ pulli uel uituli ſȝ ẽt ad ualoreȝ eius qḋ ualiturꝰ erat tẽpore reſtitutionis teneretur Hoc tñ dubiũ ẽ tũ quia talis ualor ẽ in potentia tũ quia animalia interĩ mori poſſunt. Concor. Aſtenſis in ſum. li. 3 ti. 4.

Cui ſit facienda reſtitutio. .c. 9.

i VSVRA. Nono q̃tuȝ ad reſtitutionem. ſ. cui ſit facienda. Quero cui fieri debet reſtitutio. Rñdȝ Alex. ꝙ regularit̃ illi a quo accepta ẽ uſura. Fallit in aliquibꝰ caſibꝰ. Primo ſi res que reſtituit̃ nõ ẽ ad utilitatẽ eiꝰ cui reſtituitur ſed potius ad nocumẽtũ & iõ nõ ẽ reddẽdꝰ gladius depoſitus furioſo ſȝ magis ẽ tenendus uſqȝ ad ꝯgruũ tẽpus quo poſſet reddi. Scḋo ſi ille cui redi debet ẽ mortuꝰ quia tunc debet reſtitui heredi uel in caſu ex ecutoribꝰ. Tertio ſi ille cui debetur ẽ ignotus tũc enĩ debet homo reſtituere ſcḋm ꝙ põt. ſ. dando elimoſinas pauperibꝰ ꝓ ſalute illius Quãdo enĩ ignorantur exſpoliati uel nõ inueniunt̃ tunc cũ cõſilio & auctoritate eccleſie diſtribuantur in pias cauſas puta in alimo/ niis paupeꝝ ꝟ redẽptionẽ captiuoꝝ & hoc in uilla uel dioceſi ubi rapina facta ẽ ſi cõmode fieri poteſt. Qꝛ ſi nõ põt puta qa uilla ẽ nimis remota uel ex alia cauſa ſufficit ꝙ fiat alibi addit Hoſti. ꝙ ubi ignoratur cui debet fieri reſtitutio eſt pauperibꝰ erogandum uel etiã illi qui tenetur reſtituere ꝓ elimoſina ſi egeat relinq̃nduȝ Hoc dicit in ſum in ti. de penitẽ. §. quibus uer. ſed q̃ fora ſcuanda ẽ. Quarto ſi illi cui debet fieri reſtitutio ẽ nimis diſtans. Tunc. n. ſi non põt fieri niſi maioribus expenſis q̃ ſit res que debȝ reſtitui põt dare in pias cauſas uel ſi non põt fieri cõmode res debet trãſ/ mitti illi cuiꝰ ẽ uꝉ ad minꝰ reſeruari in aliquo tuto loco donec dño aſſignetur. Quinto ꝓpter turpitudinẽ dãtis ubi primo notandum ẽ ꝙ aliquis dupliciter dat illicite. Prĩo mõ quia ipſa datio ẽ illicita ſicut patet in ſimoĩa. Et tali caſu poſito qui dedit amiſit qḋ dedit & ideo nõ debet ſibi fieri reſtitutio. Accipiẽs autẽ turpit̃ accipit & ideo nõ põt ſibi retinere datum ſed magis debet ꝯuerti in pios uſꝰ Alio modo dat illicite non quia datio ſit illicita ſed quia datur propter rem illicitã ſicut cum quis dat meretrici ꝓpt̃ fornicatõeȝ

tūc enī mulier pōt retinere: sed dans repetere non pōt. Pōt & alit̄ distingui in casu ꝓposito quia pecunia aliquādo male accipitur & sine culpa illi⁹ a quo accipit̄ sicut patet in rapina furto & usura: & tunc pōt restitui illi cui⁹ fuit qa non amisit dn̄ium suū. 14. q. 5. Nō sane in fine ubi dicitur. Qui uero contrari⁹ societatis huāne furtis rapinis calumnis & oppressionibus in uasionibus aliqua abstulerit reddenda potius q̄ donanda censem⁹ Zachei publicani exēplo q. s. dixit. Si aliquē defraudaui reddo quadruplū. Aliquādo tn̄ aliquid accipitur sine culpa accipiētis nō tamen sine culpa dantis: ut puta qa mala intentōne dat & tamē accipiens bona fide accipit: & tunc si illud quod datu3 fuit in ptāte dantis fuit retinere pōt. Si autē n̄ retinere non pōt: ut puta quia dedit alienū & deb3 reddere illi cui⁹ ē. De hoc. 14. q. 5. & ē uerbum Aug. de uerbis dn̄i qui dicit. Nolite facere elias de fenore & usuris. Itē idē Aug. in quadā omelia. Quid possem dicere. Multi sunt xp̄iani diuites auari cupidi: n̄ habeo pec catū si eis abstulero suū: & pauperib⁹ dedero. Aliquando ē peccatū ex parte utriusq; ut in simonia & tunc obseruandū quod dictu3 ē. Astensis dicit q̄ si sciatur a quo extorta ē restituēda ē ei si sit pn̄s extra eo. c. Cū tu. §. Super his si uero sit absens restituat̄ ei⁹ heredi ul̄ ꝓcuratori si sit. Si uero nec ipse nec heres eius n3 ꝓcurator sit presens & usurari⁹ nouit ubi ille habitat deb3 ei mittere aliquo mō si pōt fieri fideliter. & secure. Hoc enī semper faciendu3 ē quādo cōmode fieri potest. Et s̄m Ber. mitti debet sumptib⁹ ip̄i⁹ debito ris absentis ar. ff. de op. li. l. Ope. Si tamen expense nimis excederēt summā illius usure tunc debet pauperibus erogari. 2. q. 6. anterior extra de iudeis cum sit. extra. e. Cū tu in glo. Hosti. uero distīguit q̄ si usurari⁹ qui ē male fidei possessor alio se transtulit quam ubi usuras exercuit tunc ꝓpriis sumptibus mittere tenetur. Si uero is a quo usuras extorsit uel heres eius alio se transtulit tunc locu3 h3 q̄ alii debent. Et probantur hic. ff. de rei uen. l. Si res. &. l. Si uero: & ī oībus s̄m Ro. pensande sunt circūstantie. s. quātitas rei debite remotio loci expense que fierent in mittendo & pauptas & diuitie eius cui restitutio fieri debet quia nullo mō debet ꝓ re tā modica ꝓximū suum grauare unde non oportet q̄ tunc mittat & in talib⁹ recurrendū ē ad arbitrium boni uiri hoc. Rodo. Ceteꝝ si de ei⁹ ad uentu ꝓximo speretur tunc pecunia deponetur & ꝯsignabitur. C. de usu. cap. l. acceptā s̄m Go. Item si res esset magni ualoris & non posset cōmode mitti ei cui⁹ ē deberet ī aliquo tuto loco deponi & ꝯsignari s̄m Tho. Si uero usurari⁹ nescir3 nec speraret q̄ de facili scire poss3 ubi ille habitaret non tenetur uagari ut īueniat eu3 ar.

ff.de op.li.l.Quod nisi.§.l.extra e.Cuȝ tu in glo. Vel si sciret tamē eā cōmode mittere non posset debet eā pauperib⁹ erogare .2.q.6. anterioꝝ Et melius extra e.Cū tu ſcḋm Ray.& Bar.ibidē.& ideȝ intelligendū si scire nō posset a quo eā acceperit. Et qḋ dictum est de eo a quo extorte sunt usure .idē intellgendū est per oīa de eius herede si ille nō sit superstes. Monal.dicit ꝙ quando nescit̄ ꝑsona cui restitutio fienda ē ł si scitur tamen ē absens ī remotis partib⁹ nec speratur ꝙ de facili posset sciri debet pauperibus erogari cū auctoritate ecclesie. Si āt scitur mittat ei si aliquo modo potest fideliter fieri & secure:alioquī cū auctoritate ecclesie pauperibus detur ar.extra ḋ usuris.c.Cū tu ubi de hoc:&.2.q.6.anterioꝝ.Sed quando scitur persona uł sciri pōt semper facienda ē ei restitutio cū cōmode fieri pōt.Pensande sunt tamen circūstantie.s.quātitas rei debite & remotio loci & expense que fierent promittendo. Et si ē diues ille cui fienda ē restitutio ita ꝙ nullo modo deberet pro re tā modica ꝓximus grauari:& tunc nō oportet ꝙ mittat̄ & ī talib⁹ recurrēdū ē ad abitriū boni uiri.

2 Quero pone casuȝ ꝙ prelatus ecclesie iniuste subtraxit q̄rit̄ ergo cui debȝ restituere.Rńdet idē Alex.uidetur ꝙ ecclesie:quia ab ea subtraxit.In oppositū facit:quia cū prelatus sit conseruator rerum ecclesie deueīet id quod restituitur ad restituētis man⁹. Dicēdū ē bń ꝙ prelat⁹ duob⁹ mōis pōt aliquid ab ecclīa surripere. Vno mō si surripit rē alteri & nō sibi deputatam.ut puta quia subtraxit reȝ capituli.Et tunc res restituenda ē ei cui⁹ est. Scḋo modo quia rē sue ecclesie deputatā trāsfert in dńium alteri⁹: puta ꝯsanguinei ł amici.Et tūc talis res debet restitui ecclesie.ut ꝯuertat̄ ī utilitateȝ ei⁹:ut custodiatur usqȝ ad successoris aduentum.

3 Quero pone ꝙ xp̄ian⁹ recipit usuras a iudeo cui restituet. Rńdet Astēsis ubi supra:liberabitur eidē restituendo.Cōueniēti⁹ ē tamē ſcḋm Ray.& Hosti. ꝙ ipse noīe illi⁹ iudei cum auctoritate ecclesie illis xp̄ianis satisfaciat a quibus ille iudeus usuras exegerat ł quib⁹ alias obligatus erat.ff.de nego.ge.l.soluēdo &.l.cū pecunia uł apḋ edē sacraȝ uł alium locum tutum tamē auctoritate ecclesie nomīe illius iudei pecuniam deponat ut cum ille iudeus restituerit:eidem restituatur.Et idē intelligēduȝ ē ſcḋm Ray. quando restitutio debȝ fieri usurarum receptaꝝ a xp̄iano usurario. Quod autē dictum ē s.ꝙ ipse noīe illi⁹ & cetera ſcḋm Rodo. ē ueꝝ quādo factū ē occultū & non generaretur scandalū taliter soluētis uł ꝑiculū:alias sufficit ꝙ restituātur illi a quo sunt accepte.Concor.Monal.

4 Pone casum ꝙ culpa ē ex parte accipiētis & dantis sȝ tamē ē sine

iniuria alicuius : ut cum iudex dicit iudicium iustũ & testis uerum testimoniũ & aliquid datur quod nõ debet dari: quia sicut Aug. ad Macedo. nõ ideo iudex debet uendere iustũ iudiciũ aut testis ueꝝ testimoniũ quia uendit aduocatus iustum patrociniũ : & iurispitus ueꝝ ꝯsilium. Illi enĩ inter utrãq; partem ad examen adhibẽtur. Isti ex una parte cõsistunt. Hoc casu posito põt ne accipiens retinere pecuniã. Et uidetur ꝙ nõ. quia rõne sui delicti uidetur amisisse ius acqrendi dñium nec etiã restituẽda ẽ danti qui q̃tũ in se fuit abdi cauit eam a se. Pro hac sentẽtia uidetur Aug: qui dicit de dante ꝙ ille solet male sibi ablatam pecuniã repetere qui iustũ iudiciũ emit quod uenale eẽ non debuit. Et ibidẽ dicitur ꝙ tales facilius ea que hoc mõ acquisierũt tã q̃ sua pauperib⁹ largiũtur q̃ eis a quib⁹ accepta sunt tãquam aliena restituãt. Sic ergo ſm hoc qui pecuniã accepit ut iudicaret bñ aut nõ iudicaret cũ ex officio suo teneatur gratis & bene iudicare pecuniã retinere nõ põt: qa turpit accepit & crimẽ ꝯcussionis ꝯmisit. Est ãt crimẽ cõcussionis cũ qs ĩ officio ꝯstitut⁹ aliquid per metum extorquet a subditis : aut quando non uult facere id ad quod tenetur nisi pecunia data. Aut ẽ aliquis officialis aut miles qui ultra cõstituta sibi stipendia extorquet. ꝯtra illud. Estote cõtenti stipendiis uestris. Vel crimen cõcussionis ẽ ĩ accusatore qui desistit ꝑpter pecuniã ab accusatione. Posset etiam dici in hoc casu ꝙ sic dans pecuniam aut dat bona intentione ut. s. sibi ius & equitatem seruet: & tunc posset sibi reddi. aut eo animo dat ut animũ iudicis sibi inclinet uel corrumpat. & tunc dari deb; pauperibus uel illi in cuius iniuriam data ẽ si iniuste iudicatũ. Hec Alexander de alexan.

¶ Sed quid si pecunia data sit symoniace ĩ iniuriam ecclesie nã uidr ꝙ sit danda ecclesie in cui⁹ iniuriã data ẽ. extra de symo. c. ad hoc Aut ubi mandatur restitui pecunia accepta symoniace. Hoc etiã ꝓbat̃ extra e. c. Audiuim⁹ In ꝯtrariũ facit. c. Veniẽs extra de symo. ubi mandatur ꝙ talis pecuĩa restituat̃ illi q dedit. Distĩguũt ãt qdã dicentes ꝙ si totum capitulũ aliquid dedit nõ debet ei restitui. Si autem unus duo uel tres uel extraneus deliquid dãda ẽ ecclesie: qa nõ debet delictũ ꝑsone in dãnũ ecclesie redundare. Et ĩ prĩo caũ loquitur: c. Veniens. Alio ãt casu alia: c. Vel dicendum ẽ melius ꝙ. c. Veniẽs loquitur de pecuĩa data ꝑ ingressu monasterii que mãdat̃ reddi danti si debet ingredi in aliud monasterium ne sit onerosus monasterio. Si tamen talis uellet in seculo remanere non esset sibi reddenda. Hec Alex. de alexan.

1 VSVRA. Decimo scʒ quis teneatur ad restitutionē. Quero an tabelliones qui sciēter ɔficiunt ītrumēta super usuris teneantur ad restitutionē. Hosti. in sum. in ti. de usuris. §. An aliquo uer. quid denotariis nihil dicit de restitutione sed dicit ꝙ piuri sunt. quia quando creant̄ iurant ꝙ hec nō facient. ergo de cetero nec testificari poterūt nec publica cōficere īstrumēta. Per iur9 enī testificari nō pōt qn̄cūq; penitētiā egerit extra de testi. c. Ex pte &. c. fi. Ex hoc ēt sunt īfames qb9 sunt act9 legitimi interdicti extra de testi. c. Licet ex quadā prīo rn̄so ad fi. Hec Hosti. Vide supra restitutio quinto.

2 Quid de prelatis sigillātib9 & subscribētib9 se ī instrumētis usurariis Hosti. in sum. de usuris. §. An aliquo uer. fi. & Gof. in sum eo. ti. fi. Dicunt ꝙ particeps sunt crimīs usurarꝝ & si nō cōmodi: nā subscriptio in multis iuris articulis ɔsensuʒ & approbationē inducit. extra de re. iudi. c. Cū inter uos. C. Si cer. peta. l. mutuo. c. de admīstratōe tuto. l. Si nō subscripsisti. Sed fateor si quis instrumento nō licito se subscribat & eius tenorem ignoret non approbat nec consentit. C. plus ualere quod agitur. l. ultima Sigilla etiam prelatoꝝ faciunt instrumenta autentica extra de fide instru. c. scripta. Per hoc igit̄ laici credentes cōtractus hui9modi per ecclesiā approbari securi9 peccant: & ideo de talibus dici pōt laqueus iuuenū omnes uos: ut. 2. q. 5. Paulus idem Monal.

3 Quid de his qui tp̄re messium & uidemiaꝝ emūt uilius frumēta & uina ut uendant carius. Rn̄det Gof. ubi supra ꝙ nō tenent̄ ad restitutionē sed ē turpe lucꝝ. Nec tenent̄ aliquib9 ad restitutionē: sed in iudicio aīe tanq̄ male acquisita que ex hoc acquisierunt debent paupib9 erogare. Ad qd̄ nō puto illū teneri qui nō hac intentione emit sed ut domui sue ꝓuideat & tandē ex aliqua cā ptē uēdidit & carius: nam quicquid agant homines ītentio iudicat oēs. Itē dicit Monal. in sum. s. ꝙ qui tp̄re messis uel uidemie emūt annonaʒ ex cupiditate uel uinū uili9 ut postea cari9 uēdant peccāt mortaliter siue sint clerici siue laici. Et ē turpe lucꝝ. Secus tamen si aliquis ꝓpter necessitatē ut. s. de illa ānona uel uino uiuat & postea nō īdiget sicut credebat. Hic pōt licite uendere ꝑ ut uenditur coīter ī foro coī: licʒ uendatur cari9 q̄ emerit. 13. q. 4. Quicūq;: &. c. canonū. Idē dicendū ē de illo qui emit ānonā uel uinū causa negociandi dū tamē non ex cupiditate hoc faciat. sed ex lucro moderato sibi ꝓuideat maxime cū nescit aliam artem nʒ alias habet uñ sustentet̄ Similiter pōt emere quis ānonā si timet ur caristia ī ciuitate: quia uidet uictualia extrahi de terra dūmodo nō emat ut cari9 uendat

sed ne egens fame peat exemplo Ioseph. gen. 41. Qui frumenta
ggregauit non ut carius uenderet sed ut populum a fame liberarẽ
q tñ postea uẽdidit ꝯm coẽ foꝝ & tales si sic emerẽt mererent.
Alit ãt ementes pter q̃ in predictis casibus gtinetur tenẽt tãquã
turpe lucꝝ pauperibus erogare non tamẽ de necessitate.
¶ Siñliter nefandi sunt mercatores qui ea intentione emunt aureos ul' alias monetas uel res uenales & precipue uictualia ut de talibꝰ caristiam inducant. 4
¶ Quero pone q usurariꝰ emat equũ uel prediũ de pecuĩa usuraria & donat rem illam alteri & postea efficitur nõ soluendo utꝝ ille q soluit usuras possit cum effectu petere rẽ emptã de usuris ab ipso possessore cui donata ẽ: & utꝝ ille in foro penitentie restituere teneneat. Rñdet Monal. in sum. q licet pretiũ ex re furtiua redactũ non sit furtũ. ff. de furtis. l. qui uas. § ultimo & uitia personalia non transeant in successores extra de fili. presbi. c. extra trãsmissa. Tñ iste põt petere & iste restituere tenetur. extra de usuris. c. cum in tua. Sicut enĩ credit hic res loco pretii sic equerso pretiuz loco rei succedit. ff. de peti. here. l. Si rem & pretiũ. Tenẽt ergo ille ad quez puenit res empta de pecunia usuraria restituere si habuit rẽ illaz emptam ex causa lucratiua. Secꝰ tamen si emisset ul' ex alia causa nõ lucratiua adeptꝰ eẽt bona fide ab usurario nõ credẽs eum forte usariũ. Aut credens rem illã nõ esse emptã de pecunia usaria. aut ipsuz usariũ habere alias unde posset reddere usuras. Concor. Gof. & Hosti. in sum. de usuris. § fi. Concordat etiam Spe. in ti. de usis uersi. pone usurarius. 5
¶ Quid si talis possessio perueniat ad illũ qui usurã soluerat ex cã lucratiua uũquid extinguit eius actio quã prius habebat cõtra illum tertiũ possessorez. Rñdet Hosti. in sum. § fi. q sic. Tamẽ ꝯm Gof. usurarius uel eius heres minime liberatur. ff. de uerbo. obli. l. Inter stipulãtẽ. § Si rẽ &. ff. de solu. l. Quotiens. 6
¶ Quid de heredibus usurarii. Rñdet Hosti. in ti. de usis. § que pena uer. hac pena q nõ tenẽt restituere: nisi quatenꝰ uires hereditates patiunt de appella. c. qua fronte. & de rapto. c. in litteris. 7
¶ Quid si alter heredum factus est nõ soluendo nunquid aliꝰ tenẽt in solidum. Respondet idem supra q in solidũ tenetur inquãtũ ad ipsum de hereditate peruenit: nam & res hereditaria obligata uidetur de usuris. c. Cum tu. § fi. 8
¶ Quid de illis dñis qui multa recipiunt a iudeis cuz sciant eos nihil habere nisi de usuris & q bona que possident ad restitutionẽ non sufficerẽt. Rñdz idẽ ubi supra ꝯm Rodo. q tenent ad restitutõnẽ 9

perceptoꝝ si ex causa lucratiua percepunt. Possunt tamen ab eis accipere quod sibi debent sicut & alii creditores.

10 Quid de genero raptoris uel usurarii nũquid pōt accipere dotem de bonis eius cũ quicquid habet nō sufficiat ad reddendũ qđ habet de usura. Rñdet Astensis in sum.li.3.ti.q.ſm Rodo.licet dos nō ꝑ ueniat ex cā lucratiua sed accipiatur ꝑpter onera m̄rimonii supportanda si tamē talis ueritatē sciēs aut grassa ignorantia ductus ꝯtraxit cũ filia:talis non debuit dotē recipere đ reb9 hui9modi de equitate canonica licet đ subtilitate iuris ciuilis aliter forte posset dici. Si autē fuit ductus ignorãtia ꝓbabili:puta q̄a credebat soceꝝ non eē usurariũ uel alias soluendo eē:pōt recipere dotē licet p9tea intelligat ueritatē.Concor.Monal. Alex.de alexan.ꝯtrariuꝫ tenet Vide supra Restitutio.2.§.63.

11 Quid de creditore nũquid pōt recipere qđ sibi debet̄ a tali usurario uel raptore cui9.s.oīa bona que habet nō sufficerēt ad restituēdũ sua male ablata. Rñdet Astensis ubi supra ſm Rodo.distinguēdũ quia si creditor credidit talē pecuniã ut ex ea cōmodũ suũ faceret & ex ea lucrando forte se liberaret tunc pōt recipere debitũ suuꝫ de rebus talib9.Nec ē simile de genero quãtũ ad dotem quia socer dando dotē genero pauperior efficitur nisi quaten9 ab onere filie releuatur: sed debitor non fit pauperior recipiēdo rē uł rei uēdite pretiũ.Si autē tradiderit mala fide pecuniam:puta ludēdi ad aleas uel daturo meretrici uł histrioni uł aliter bona dilapidanti ñ debꝫ hui9modi pretiũ recipe đ bonis p̄dictis. Similit̄ nec qui ex causa lucratiua agit. Oēs autē alii quibus debetur ex contractu uł quasi ex maleficio uł quasi recipe possunt ex hui9modi reb9 ꝙ sibi debetur dũ tamē non rē furtiuam uł raptã uł usurariaꝫ in ip̄a specie recipiant: maxime ſm illos qui dicũt ꝙ in usura dñiuꝫ nō trãsfertur sꝫ ēt ſm eos q̄ dicũt ꝙ trãsfertur:credo ꝙ ipsa res usuraria ī speciē in solidum recipi nō debet quia debitor qui dedit eam pro usura cōtradicere pōt si extat.Nec eo inuito creditor aliã ꝓ ea ei soluere possꝫ.Concor.Monal in sum.

12 Quid đ ſuiētibus usurarioꝝ qui ſuiũt eis defenerandi officio:s.pro eis pecuniam ad usuram numerando : & usurã accipiēdo eoꝝ mãdato:& tamē nihil ad eos pueīt.Rñdꝫ Astēsis ī sum. ubi supra ſm Rodo.nō tenētur p̄sertim iidē usurararii p se uł p alios mīstros huiusmodi exercerēt usuras:licꝫ non per istos.Concor Alex.aliqui uero ut Monal.distingunt si dat pecuniã dñi sui ad usuram de generali mandato dñi sui dicētis ꝙ mutuet pecuniã cui uult ad usuraꝫ sub nomine ipsius domini & tunc ſuiēs tenetur ad restitutionē si

dominus non restituat: quia ē in hoc sicut principalis & in optione eius ē mutuare & nō mutuare. Aut hoc facit de speciali mandato domini sic mādatis sibi. Mutua de pecunia ad usurā. io. libras noīe meo. & tunc licet peccet hoc faciendo ad restitutionē: tamē non tenetur. Vide in uer. Restitutio. § 2.

Quid de eo qui cum uellē mutuare pecuniam gratis induxit me ꝙ nō darē eam nisi sub usuris. Rn̄det Astensis ubi supra ꝙ tenet̄ ad restitutionē. quia īpediuit indebite utilitatē ꝓximi ꝓcurando ne mutuū gratis sibi daret̄. i3

Quid de eo qui consuluit alicui ut feneretur. i4

Quid d' eo q dat aīco uł ꝯsanguineo pecuiaꝫ gratis ut feneret̄ i5

Quid de eo q ꝯtrahit societatē cū alio ad fenꝰ exercendū. i6

Quid etiā de eo qui mutuat uſ'ario pecuniā ad ꝑticipatiōnē lucri uſ'aꝝ Rn̄dꝫ Astē. ubi supra. ꝙ tales q īducūt aliquos ad fenerādū tenēt̄ in soliduꝫ si aliter non erant feneraturi. Si āt alias erāt feneraturi non tenētur nisi in quatū ad eos ꝑuenit. Scd'm uero Rodo. in neutro casu tenētur nisi quātū ad eos ꝑuenit: & ē melior ꝯditio taliū in hoc casu q̄ in furto uel rapina ubi prestant auctoritatem ad restitutionem. Tenentur etiā si nihil ad eos perueīt. Et hoc iō quia rapina & furtuꝫ cōtra uoluntatē dn̄i fiunt qui patit̄ dānū: sed usura de uolūtate dn̄i peruenit ad creditorē: nec inuenitur ꝙ iura dēt actionē debitori cōtra huiꝰmōi inductores ad repetendū uſ'as ab eis quas debitores soluant taliter īductis per alios uł si ad īducētes nihil ꝑueīt inde Concor. Monal. i7

Quid d' eo q pecuniam deponit apud uſ'arios. Rn̄det idē ubi supra ꝙ si qs cōmitteret pecuniā suā usurario nō hn̄ti unde alias uſ'as exerceret hac intentōne ut iñ copiosius per usuram acquireꝫ ei materiā peccādi daret: uñ & ipse culpe particeps eēt. Si uero usurario aliter habenti: uñ usuras exerceat aliquis pecunniā suā ꝯmittat ut tutius seruetur non peccat: sꝫ utitur ad bonuꝫ homine peccatore. Hec Tho. i8

Vtꝝ uſ'ariꝰ intentionariꝰ q habuit intentionē aliquid habendi & principalit̄ ꝓpter hoc mutuauit alias nō mutuaturꝰ nō tn̄ deduxit in pactum tenetur ad restitutionē. Rn̄det Asten. ubi supra ꝙ non est opꝰ restitutione ad purgationē delicti: sꝫ sola pnīa sufficit sibi sicut ī symonia mentali. extra d' symo. c. fi. ſ'm Gof. & Ric'. i. 4. Sꝫ ꝯtrariū sentit Hosti. & Rodo. per. c. Consuluit extra. e. & Luce. 6. Mutuū date nihil iñ sperantes. iō ſ'm eos tenetur ad restitutionē in foro pnīe d' omni eo qd' accepit ultra sortē quacūq3 intentōne debitor ei dederit: siue ꝓpter dilationē exortam ꝓpter mutuum i9

ei datum uel ꝓpter illd̾ recipiendū ad ꝓlixiorē terminū. Quando iñ creditor dat creditori ꝓpter solam dilectōnē non pōt repetere nec retentionē sibi cōsulerem si forte penes se hēat aliquid d̾ bois creditoris. Concor. Monal. in sum. Hoc etiā tenet Petr9 d̾ ancha. in. c. usuraꝶ uoraginē de usuris li. 6. & dñs Lau. de rodulfis in suo tractatu de usuris. Et hoc dicit tuti9 īmo uerissimū ꝭm Inno. & Hosti. ꝙ semꝑ tenetur ex quo illa ītentione prīcipalit̄ ductus est & ēt placuit Ray. in sum. hui9 ti. uer. sed nunquid: & Archi. in. c. i. iq. q. 3. Et hoc quo ad iudiciū aīe. Et ita cōfirat Io. an. ī. c. ꝯsuluit d̾ uṡis ſʒ ipē Io. an. ī mercuri. ſup regula peccatū nō remittit̄ refert ꝙ qdā theolog9 hāc qōneʒ disputās distīguebat qñ corrupta ītētio mutuantis īnotuit debitori quia uidetur tunc qd̾dā pactū implicitū qd̾ habet uim expliciti. Est enī ꝭm eū duplex uṡa. Vna mētalis nō obligans ad restitutōnem ex eo qd̾ fit siñ oī exactōne ul̾ pacto implicito ul̾ explicito. Alia uero est obligans ad restitōnē ex eo qd̾ fit cū exactione ex pacto implicito ul̾ explicito. Si ergo fiat cū īplicito ē uṡa mētalis. Si cū explicito ē uocal̾. Ex quo īfert̄ ꝙ ī caū quo nō īnotuit debitori corrupta ītētio mutuātis dato ꝙ ea ītētōne prīcipalit̄ duct9 sit ñ obligat̄ ad restitutionē ꝭm dictū theologū q adducit tales rōnes. Prīo quia cū formale sit exactio in usura ex pacto obligante ꝟ aliquid aliud equipollens: ergo sequit̄ ꝙ ubi nō est talis exactio nec aliud equipollens ibi nō est usura ad restitutōnem obligans: q̄uis bene sit usura mentalis ad penitentiā peccati obligans. Et hoc ꝯfirmatur quia aliter dicendo ñ saluaret̄ descriptio uṡe qua dicitur: ꝙ usura ē lucꝶ ex mutuo pacto debitū uel exactū. Secūdo quia sicut in furto dicim9 ꝙ si alquis gratis & liberaliter in dono recipit: recipit qd̾ furari ītendebat q̄uis sit fur mente nō tamen opeṙita ꝙ ad restitutōnē teneat̄: sic & in ꝓpoīto usurari9 censetur fur ꝯuētionalis. Si ergo intendit furari usuram accipiendo & tamen nō peruenit ad opus pactionis uel exactionis sed liberaliter acccipit dicitur usura mētalis nō obligās ad restitutōnē. Tertio facit. c. fi. de symo. ubi dicitur Symoīac9 mētalis qui habuit animū prīcipaliter ad aliquid accipiēdū nō tenetur ad restitutōnē eius quod gratis accepit sed sufficit sola pnīa d̾ peccato Sed Io. an. rñdet Ad primū distīguēdo de primaria uel secundaria ītētione mutuātis. s. ut prīaria eqpolleat pacto: nā ē pactū īplicitū Luce. 6. Mutuū date ꝛc. nō scd̾aria. Ad scd̾am rñdet Io. an. ꝙ īter casum illū furti & casuʒ nostrū ē maxima dissimil̾itudo: quoniā lʒ donatari9 ī casu furti habuerit ītētionē corruptā ad furanduʒ non tñ donatio causatur ab eius facto: nʒ ē ānexa illi intētōni corrupte

cuius ꝯtrariũ est ĩ mutuo: quod cũ ex bono caritatis deberet fieri gratis fiebat prĩcipaliter spe lucri cuiꝰ spei uitiose sequit̃ effectꝰ cõsequẽdo lucꝝ. Ad tertiã rñdet dñs Anto. de butrio. ꝙ rõ diuersi sitatis quare usurariꝰ mentalis obligatur ad restitutõnẽ ĩ foro pe-nitentiali: & symoniacus mentalis est ꝯm doc. quia usura utroqꝫ testamento ẽ ꝓhibita: nec dispensationẽ pape recipit de usuris. c. Sup eo. Symoĩa uero ẽ ꝓhibita a iure positĩo & ĩ eo ẽ symoĩacuꝫ quia ꝓhibituꝫ sicut ẽ acquirere beneficiũ symoniace ubi papa põt dispensare. Vñ dicunt doc. ꝙ in ꝓhibitis qa symoĩaca. Idẽ dicendũ qđ in uſ̃a mentali. s. ut symoĩcꝰ mentalis teneatur ad restitutõnẽ quia probibita. Ideo dicit Gof. in sum. e. ti. in principio ꝙ quedam illicite tenentur ꝯm ius diuinũ & bũanuꝫ: & in bis si nõ ꝯstat: obli-gatur ad restitutionẽ in foro pnĩali. Si uero ꝯstat obligatur ĩ foro ecclesiastico. Et sic loquit̃ de detinẽtibꝰ usurã quia ibi tenet̃ alienũ qđ ẽ omni iure ꝓhibituꝫ. Quedam sunt que tenentur iuste ꝯm ius diuinuꝫ & ĩiuste ꝯm ius bũanuꝫ. Et tunc cõsiderandꝰ ẽ modus ꝓ-bibendi iuris: qa si ius ꝓhibeat mentẽ cõscito de mente illa puĩtur sicut ẽ in symoĩa ꝓhibita a iure positiuo quia actualis uenditio ẽ ꝓhibita nõ soluꝫ mentalis quia boc agere ẽ uetitũ licet restituere nõ ꝯpellatur obligatur ad satisfactionẽ peccati. Et boc ẽ qđ uult dicere tex. ĩ dicto. c. fi. Et si dicat̃ ulterius quare uſ̃a plus ꝓhibet̃ iure diuino q̃ symonia in beneficio dicenduꝫ qa ĩ uſ̃a alienũ rapit̃ in symonia alienũ emitur. Et per boc patet quare magis mens pu-nitur in usura q̃ ĩ symonia: quia usure ꝓhibitõ babuit ortuꝫ a iure diuino: symonie autẽ: a iure bũano. Vide alias rõnes alioꝝ doc. ibi ꝑ dñuꝫ An. Monal. dicit: quia in symonia ẽ turpitudo ex ꝑte dãtis & accipientis. Sed ĩ usura nõ ẽ turpitudo ex parte dantis usuras: & ideo ex iure diuino & naturali equitate faciẽda ẽ ei restitutio. Nꝫ posset in boc casu papa dispensare: sed ex solo iure bũano pecunia symoniace accepta uel recepta restituenda ẽ nõ illi qui dedit tur ꝑiter sed ecclesie. Vnde nec Elyseus precepit Gezi restituere qđ accepit Anaamã: & papa qđ uult põt in boc casu statuere. Posset etiã dispensare ꝙ nõ soluꝫ ĩ mentali symonia sed ẽt in illa q̃ pacto esset expressa ꝙ retineri posset: qđ eẽt symoniace acceptũ.

¶Quero an mutuans scđario sub spe aliquid babendi peccet & an teneatur ad restitutõnẽ. dicit ꝙ non: ar. 61. di. Quid ꝓderit. 58. di. Si officia. i. q. i. Qua ꝓpter: ĩmo naturaliter ẽ obligatꝰ ad antidota ut ĩ. c. Cũ ĩ officiis de testa. Et tenet glo in. c. Consuluit de usuris. Gof. & Hosti. ĩ sum. buius ti. pꝰ prin. de quo per Io. an. in. c. ꝯsuluit & ĩ mercu. sup scđa regula & Monal. ĩ sum. 20

21 Vtrum creditor cui ex caritate mutuanti debitor aliquid ultra sortē cōtulit non uolūtarie sed coacte : puta dubitans ne ī discretus re/ putetur ī tantū ꝙ alium uel hunc de cetero nō īueīat mutuantē uel alia sibi causa teneatur ad restitutōnē. Rn̄det dn̄s Lau. ꝙ licꝫ sit tuti⁹ restituere tamē puto ꝙ si recipit pure credens donatum liberaliter & non ut usuram uel ut coacte donatum non tenetur ad restitutōnē: lꝫ postea sciat non liberaliter datum esse. Ex quo enī tp̄re donatōnis habuit bonam fidem recipit licite: licet donās tali coactione ductus dederit & creditor non habuit intentōnem tacitam uel expressam. Nam semper mihi placuit opīo glo. in.c. Vigilanti:&.c.fi.extra de usuris.s. ꝙ mala fides superueīens pre/ scriptōni ꝯplete nō facit quē obnoxiū restitutioni. Quod enim dr̄ ꝙ possessor male fidei nullo tp̄re nō prescribit: hoc ue𝔯 ē dum ē ī cursu prescribēdi: quia tūc requiritur bona fides: sec⁹ quādo iā prescripsit: nam lex pōt de meo facere tuū iuxta notata p̄ Inno. ī.c.Cōquest⁹ in glo.in dicto.c. Vigilanti quā opinionē circa pre/ scriptōnē sequitur Io.Gof.Vicen.& Hosti.q Hosti. dicit.ꝙ si suā ꝯscientia remanet lesa debet satisfacere ꝯscientie :licet sit potius scrupulosa q̄ theologa:ex quo timet ubi n̄ ē timēdū.de symoīa .c. Et si quotiens de quo in sum.ei⁹ ī.c. de p̄scrip.re𝔯 īmobi .§. que exiguntur. Hunc passuꝫ plene examinat Io.an.in mercuri.posita sup̄ regula. Possessor male fidei ī ultimo articulo nisi talis credu/ litas eēt crassa uel supina:qđ bon⁹ uir habet arbitrari. Contra tn̄ predictā determiatōnē tenet mgr̄ Gregori⁹ đ arimino. Itē nota ꝙ si creditor an̄q̄ debitor donasset sciuissꝫ ei⁹ ītentōnē qa coacte dedisset nō posset recipere sana ꝯscientia.puta si sciret ꝙ debitor donaret creditori timore ne repetat capitale de presenti nō sine magno forsan incōmodo debitoris iuxta ea que notātur.ff.đ ꝯdi. indebiti.l. Si nō sortē .§. Si quis falso in glo . Et facit qđ notatur in.c.Debitore.extra de regulis iuris. Vel si soluat ne repetet in/ discret⁹ & alia uice nō reperiat mutuantē ī suis necessitatib⁹ ar. eo𝔯 que no.io.q.ii.hoc ius in glo.& Io.an.sup̄ regula. Dānum in 3.ar.prīe partis & ī solutōne.q.in quarto mēbro ī uer.Et dico cū Gof. Nō tamen debet creditor leuiter iudicare debitoreꝫ coacte donare ne in p̄nitiē ruat.l.pe͛t.in prī.ad tercul.đ uerbo. signi.l.3. fi.Nec debem⁹ eū iudicare cōpulsuꝫ tāquā nolētē reputari indis/ cretū.Monal.dicit ꝙ si debitor creditorē uolētē recipere pecuniā suā p̄ueīt munerib⁹ gratis rogās ut det dillatōnē ꝓpter dilectōnē uel ꝓpter deū & creditor recipiēs munera gratis respectu p̄teriti tp̄ris nō futuri q̄uis postea det īdigēti beniuolā dilationeꝫ q̄ alias

nō daret ut ſi uidiſſet eū īgratū dat: dico pricipaliter ꝓpter ami/
citiā uel ꝓpt̄ deū.ſcd̄ario uero ꝓpter gratitudinē debitoris & hoc
facit rōe preteriti tp̄ris nō futuri nō ē uſura: dūmodo gratis reci/
piatur & offeratur ſm quoſdaꝫ.

Quid ſi nō ſit corrupta ītentō creditoris debitor tamē ꝓpt̄ mutuū 22
acceptū uel ulteriꝰ retinēdū dat ei aliquid: nūquid creditor tenet̄
reſtituere illud. Rn̄det Aſten. ubi ſupra nō tenetur de bona fide
cōſumptis nec ēt de extantibus q̄diu ꝓbabiliter credidit: ꝙ ex di/
lectione ſola ei dederit. Si autē credat uel ꝓbabilit̄ dubitet ꝙ ꝓpt̄
illā cauſam ei ſeruierit reſtituere tenetur. Quādo autē debitor n̄
gratis dat uel gratis creditor nō mutuat debitor ſi alias habeat de
bonis creditoris & per retentōnē ſibi cōſulat de uſura quā dedit
non eſt cogendus ad reſtitutionem in foro penitentiali Concor.
Monaldus in ſumma.

Quid de illis qui aduenīete ſolutōnis tp̄re ſiue termīo nolūt dare 23
dillatōnem debitori qui iuramento aſtrictus ē ſoluere niſi data ei
pecunia uel alio equipollenti. Rn̄det Aſtē. ubi ſupra ꝙ tenentur
ad reſtitutionē. extra. e. c. Cōſuluit ſm Ray. Si tamē debitor credi
torem uolentē recipere uel exigere pecuniā ſuā debitor p̄uen iat
muneribus gratis rogans eū ut det ſibi dillatiōnē ꝓpt̄ amicitiam
uel ꝓpter deū & gratis recipiat creditor illa munera rōne prete/
riti tēporis nō futuri: licet poſtea det īdigēti ut beīuolo & dilecto
ꝙ alias non daret ſi eū ingratū uideret. Det dico pricipalit̄ ꝓpter
amicitiā uel ꝓpter deū: ſcd̄ario uero ꝓpter gratitudinē debitoris
& hoc facit rōne preteriti tēporis nō futuri non ē uſura. Vn̄ ille n̄
tenet̄ ad reſtitutionē eoꝝ que ſic accipit ſecūdū quoſdam. Vide
ſupra uſura. i. § 22.

Nunquid clerici uſ̄as quas habent uel habuerūt de rebus eccleſie 24
reſtituere poſſunt. Rn̄det Aſten. in ſum. ubi ſupra ꝙ non: quia res
ille ſunt pauperū niſi quatenus de pecuīa uſuraria uel qualibꝫ alia
ſua expendiſſet in utilitatē eccleſie ſed reſtituere debent de rebꝰ
ſuis patrimonialibus Rodo. uero credit ꝙ ſi hoc non poſſunt de
boīs ſuis facere d̄ fructibꝰ eccl̄ie quos ꝑcipiūt licite pn̄t ſe liberare.

Quid de hoc caſu quidam ꝯſuluit alicui ꝙ feneraret: & dedit alicui 25
pecuniā gratis ut feneraretur: nūquid iſti tenētur in ſolidū ad re/
ſtitutionem Rn̄det Alex. de alexan. in ſuo tractatu poteſt dici ſm
quoſdam ꝙ qui īducunt aliquos ad fenerandū qui alias non eſſent
feneraturi tenentur in ſolidū. Si autē alias eēnt feneraturi nō te/
nētur niſi inquātum ad eos peruenit. Ali autē dicunt rōnabiliter
moti: ꝙ in neutro caſu tenētur niſi īquātū ad eos ꝑuenit: nꝫ ī aliis

duobus casibus.s. cum quis ɔtrahit societatē cum aliquo ad fenus exercendum: uel cū quis dat pecuniā usurario ad pticipationē lucri Mouentur autē isti ad hoc dicendū ꝓpter differentiā que ē inter rapinam & furtum ex una parte & usurā ex alia penes uoluntariū & nō uolūtariū: ex qua differentia orit quod in his casibus melior est ɔditio usurarii q̄ latronis furis uel raptoris. Nā in rapina & furto tenetur restituere qui p̄stat auctoritatē ēt si nihil ad eū ꝑuenerit Et hoc quia furtū & rapina ē cōtra uoluntatē dn̄i: nō sic autem ē in usura ubi ē uoluntariū mixtuȝ. Vnde ī rapina & furto iura dant actionē spoliatis cōtra illos quoꝝ ope uel ɔsilio uel misterio furta & rapine fiunt: licet ad eos nihil peruenerit nō autē sic ē in usura qa nō datur actio ɔtra tales ī ductores cū ad eos nihil ꝑuenerit.

26 ¶ Vtꝝ uxor teneatur ad restitutōnē ꝓ uiro defuncto q fuit usurarius R̄ndet idē Alex. quod uxor tenetur ad restitutionē ꝓ uiro defuncto inquantū ad eam peruenerit de bonis eiusdeȝ uel inq̄tum usa est de bonis eiusdē: quod si nihil ad eā de talibus bonis deuoluitur uel si in domo mariti habet fructus sufficiētes ꝓ suis necessitatibus & pro oībus q̄ expedit: tunc ī nullo tenetur.

27 ¶ Vtꝝ uiro uiuente ipso ignorante uxor possit restituere. Respōdet idē Alex. quod uxor cū nō sit dn̄a reꝝ non debet se intromittere de restitutione ignorante uiro uel cōtradicente. Dixerunt tn̄ quidaȝ: quod licȝ uxor nō sit dn̄a reꝝ. tamē quia ē data in adiutoriū uiro cui salutē ꝓcurare tenetur: & ideo sicut de bonis ꝓpriis uiri pōt facere elemosinas ignorante uiro & non ꝓhibente: quia sicut agit causam uiri eodē mō pōt facere restitutionē: & si sciēte & nō ɔtradicēte hoc faciat securi⁹ ē. Sec⁹ āt ē si sciat & ɔtradicat: tūc enī mulier tenet̄ obedire in omittēdo tale bonum ad quod non tenetur de necessitate Concordat Asten. in sum. li. 3. ti. q. Et ꝯm eū mulier non tenetur restituere ꝓ furto uiri nisi q̄tū ad eā perueīt de bonis ei⁹ uel inq̄tum bonis ei⁹ usa fuit. Si uero ad eam nihil de talibus bonis ꝑueīt uel etiā in domo ei⁹ de dote sua uel etiā aliūde expensas sufficiēt̄ habuit ī nullo tenetur qa nihil in̄ habuit quod nō recōpēsauerit.

28 ¶ Vtꝝ uxor & familia teneant̄ ad restitutionē eoꝝ que cedūt ī usuȝ uite eoꝝ. R̄ndet idem Alex quod percipi aliquid de bonis usurarii uel raptoris ē duob⁹ modis. Aut enī percipitur ignorāter aut scienter Si ignoranter excusatur. Si scienter excusari pōt ꝓpter recōpensationē ut dictum ē. Excusari etiaȝ potest ꝓ necessitate corporali quādo. s. aliud remedium cōmode in ueniri nō potest sicut accidit paupibus mēdicātib⁹. Per hoc excusari possunt filii & filie ī domo parentum q necessitate cogente aliter uiuere non possunt & eodē

